

1. Baumgarten, Sigism. Sac, de Macaria i. scriptis et notis
rati et supernoturatis. Halae 1742.
2. " " , de conversione non intestanea. Halae 1743.
3. " " , examen variarum opinionum de regno postero-
num Abrahams in Aegypto. Halae 1743.
4. " " , de Tuda sacrae coena conuera. Halae 1744.
5. " " , de circumceptione haereticologica. Halae 1744.
6. " " , de discriminis revelationis et inspirationis. Halae 1745.
7. " " , de propagatione et gradibus peccati originalis. " 1745.
8. " " , de Paullo gentium apostolo contra Th. Morganum. 1745.
9. " " , de veris signis vocacionis divinas ad ministerium
eulogisticum. Halae 1746.
10. " " , de procastinatione baptizandi apud retores ejusque
causis. Halae 1747.
11. " " , de genuina et spuria aedificatione spirituali me-
diisque illius legitimis et illegitimis. Halae 1747.
12. " " , vindicias plurium praecipuarum fictionum codicis
Pract. N. T. adversus W. Whiston et ab eo latas locis
criticas. Halae 1750.
13. " " , de variis modis abutendi evangello. Halae 1750.
14. " " , de mirabili fuga prophetae Jonae. Halae 1751.
15. " " , de martyris Christiani variis circa eadem
notandis. Halae 1752.
16. " " , de captivanda ratione sub fidem, seu de imperio
fidei in rationem, rationi congruente. Halae 1752.
17. " " , de officiis circa varia scandalorum genera. Halae 1752.
18. " " , orationem, meditationem, tentationem facere
Christianum et theologum. Halae 1752.

14. Baumgarten, *igitur. Iac.*, de participatione peccatorum alienorum. Halae 1753.
20. " " , *Kindicas omniscientias in deo.* Halae 1753.
21. " " , *Kindicas recipitatis librorum symbolorum contra recentissimas obiectationes.* Halae 1753.
22. " " , *de particula sacramento in caerimonia et harum in sacramenta permutatione.* Halae 1753.
23. " " , *de miraculis in regno gratiar. Halae 1753.*
 , *de invenerientia et evanescencia humanae Christi naturae.* Halae 1753.
24. " " , *de limitibus libertatis conscientias ponendi.* Halae 1753.
25. " " , *Authentia doxologiae Matth. viii com. vii obrias a recentissimis oppugnationibus vindicata.* Halae 1753.
26. " " , *de vera operis operati indole quaque necessaria sed caritate debellatione.* Halae 1753.
27. " " , *de artis cognitionis humanae limitibus in rebus divinis.* Halae 1753.
28. " " , *de iudicio, auctoritate numeroque concordiorum documentorum.* Halae 1753.
29. " " , *de statu animalium separatarum.* Halae 1754.
30. " " , *de mysteriorum Christianarum fidei vera indole eorumque contra recentissimas oppugnations vindicatio.* Halae 1754.
31. " " , *Kindicas vocis Iesu in oraculo Paulino 5 Tert.*
 III 16 obrias. Halae 1754.
32. " " , *de historia laporis.* Halae 1754.
33. " " , *de abusu locutionum anthropopathicorum.* Halae 1754.
 in
34. " " , *de mortalitate Christi et Christianorum.* Halae 1755.

36. Baumgarten, Sigism. Soc., Fuga Christianorum et in specie
sacerdotum ad trutinam rationis et revelationis
exigitur. Halae 1753.
37. " , A defensatio ecclesiastis admiranda singulariter pro-
videntiae Divinae vestigia in vindicanda per pacem
Paxmensem 1852 et Augustanam 1853 sacerorum evan-
geliorum libertate exponens. Halae (1753).
38. " , De omnisciencia Christi in statu examinationis
Halae 1756.
39. " , De monolatria Christianorum idololatrica. " 1756.
40. " , Demonstratio aeternae peccatorum damnationis
proletariorum ex sententia dei media. Halae 1757.
41. " , De genealogia Iesu. (Halae) 1749.
42. " , ad difficultiora verba Rom. 18, 5. Halae 1746.
43. " , Commentatio in quatuor symbola Theotistica.
Halae 1752.
44. " , Commentatio in versionem theotisticam symboli
Manastani. Halae 1752.



16

DISSERTATIO THEOLOGICA
DE
CAPTIVANDA RATIONE
SVB FIDEM, SEV DE IMPERIO
FIDEI IN RATIONEM, RATIO-
NI CONGRVENTE.

QVAM
S V B P R A E S I D I O,
VIRI SVMME VENERABILIS, EXCELLENTISSIMI,
DOCTISSIMI AMPLISSIMI

SIGISMVNDI IACOBI BAVMGARTEN
S. S. THEOLOG. DOCT. EIVSDEMQUE PROF. PVBL. ORDIN.
SEMINARIJ THEOL. DIRECTORIS, MENSARVM REGIARVM EPHORI
ET ACAD. SCIENT. REG. BEROLIN. MEMBRI,
PRAECEPTORIS PATRONI ET FAVTORIS
AD CINERES VSQVE SVMMO PIETATIS ADFFECTV
DEVENERANDI

D. JANVAR. A. R. S. CL. CCCLI.
H. L. Q. C.
TVEBITVR

AVCTOR RESPONDENS
SAMVEL CHRISTOPHORVS HALTMEIER,
GROENING-HALBERSTADIENSIS, S. S. THEOL. C.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, ACAD. TYPOCR.

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE

CAPTIVANIA RATIONE
AB HEDWIGA DE LICHENIO
TIDEI IN RATIONEM RATIO
IN CONGRUENTIE

649

S A P R A T I D I O

ATR. TUM. - TUM. TUM. TUM. TUM.

DOCT. TUM. TUM. TUM.

SEIGMUNDI IACOB. BAVMAGRTIN

S. THEODOR. BAVMAGRTIN. PROL. ORBIS

SEIGMUNDUS. TUM. TUM. TUM. TUM.

PRAECELESTINIS PATRONI ET FAVTOLIS

UD. CUNN. ADO. SUMMO HONORIS VDECCTA

PHAGMUNDI

DISCIPULUS A. A. E. G. G. G.

H. F. G.

TUM. TUM.

VACATOR RATIONIBUS

SAMUEL CHRISTOPHORVS HESLMER

GRS. S. TUM. TUM. TUM. TUM.

HAEC MECDBAXICTE.

JAN. JOVANNIS CHRISTIANI HILDEGERI. Vnde. Tum.

VIRIS
SVMME REVERENDIS, AMPLISSIMIS
DOCTISSIMIS, DOMINIS
DOMINO
IOA. VLRCICO CHRISTIANO
KOEPPEN

POTENTIS. BORVS. REGIS CONSILIARIO CONSISTOR. ECCLESIAST.
SVPREMI, PRAEPOSITO IN AEDE ST. NICOLAI, GYMNA-
SI BEROLIN. INSPECTORI

DOMINO
M. NATHANAEL
BAVMGARTEN

REGIS BORVS. POTENT. CONSILJARIO CONSIST. ECCLES. SVPREMI
INSPECTORI CIRCVLI FRIDERICO - WERDERIANI
ET PASTORI PRIMARIO

DOMINIS SVIS FAVTORIBVS
AC MAECENATIBVS
SEMPITERNO REVERENTIAE ATQVE PIETATIS
ADFFECTV SVSPICIENDIS
TENVE HOC SPECIMEN ACADEMICVM
SACRVM ESSE VVLT
AVCTOR.

VIRI
SVMME REVERENDI, AMPLIS-
SIMI DOCTISSIMI

D O M I N O
A D V O C A T U S
K O F F P E R
D O M I N O

 Inscripti mihi SVMME
VENERABILIBVS No-
minibus VESTRIS has lu-
cubrationum mearum aca-
demicarum, qualescumque
illae sint, primitias, nihil
quidem noui, vel inauditi
videor; vix tamen ipse
omnem

commisiss

omnem audaciae ac temeritatis notam
me effugiturum existimarem, nisi pae-
ter rationes quasdam alias, singularis ille
diuque mihi celebratus fauor ac beni-
gnitas VESTRA, vt id conarer impri-
mis persuasisset: a qua etiam facile me
veniam, conaminis paullo audacioris
impetraturum esse, atque hoc per se qui-
dem leuidense, sincerae tamen meae er-
ga VOS obseruantiae ac reuerentiae
monumentum, aequi bonique consul-
tum iri spero. Quum videlicet et mu-
neris V E S T R I amplissimi dignitas
summa atque grauitas, et qua imprimis
conspicui estis, eruditio, pietas ac pru-
dentia Theologica, omnium, praesertim
qui rei sacrae nauant operam, in
VOS conuertant oculos; VOBISque
ducibus et auctoribus eo facilius ad of-
ficiū et curam aliquando pro homi-

num salute obeundam , se praeparari
posse confidant , quo benignius VOS
VIRI SVMME REVERENDI , consi-
liis VESTRIS plane diuinis , ea , quae ad
prouinciam istam rite tuendam spectant ,
suppeditare soletis ; factum hinc est VI-
RI SVMME VENERABILES ut
et animum meum , fauorem ac beni-
uolentiam VESTRAM mihi , si qua po-
te , conciliandi , incesserit cupido ; quam
nisi coram grata mente agnoscere con-
tigerit , absens tamen numquam non
quam submissime venerabor . Quem
integerrimum mentis deditissimae ad-
fectum , et hac ipsa scriptione , VE-
STRISque Summis Nominibus facta
dedicatione , omni alio sinistro respe-
ctu seposito , testari debui , volui ; nihil
magis in votis habens , quam vt , qua-
lecumque hanc animi mei tesleram
atque

atque obsidem, serena accipiatis fron-
te, illiusque fauoris, quo olim et ad-
huc parentem ornatis, vel minimam in
me quoque gratiose deriuetis particu-
lam. Quod reliquum est, quum vir-
tutes ac merita VESTRA omnia rite
celebrare, in meis haud positum sit vi-
ribus, DEV M tamen OPTIMVM
MAXIM VM supplex semper adibo,
vt VOS saluos ac incolumes omnique
prosperitatis genere cumulatos, in ec-
clesiae omniumque, quibus virtus vera
curae cordique est, praesidium atque
solatium, vna cum Familiis VESTRIS
Summe spectabilibus superstites quam
diutissime esse iubeat, atque ad labo-
res V E S T R O S grauissimos, in
eius honorem, commodumque eccle-
siae exantlandos, largissimas semper
impertiatur vires, tandemque fru-
ctus

etis eorum V O S capere sinat ex-
optatissimos. Sic V O S agetis feli-
citer , ego vero ad seram vsque ae-
tatem esse potero

NOMINVM VESTRORVM
SVMME VENERABILIVM
AMPLISSIMORVM

Hala d. XXV. Ianuar.
MDCLII.

Cultor obseruantissimus deditissimus
SAMUEL CHRISTOPHORVS
HALTMEIER.



DISSERTATIO THEOLOGICA

DE

CAPTIVANDA RATIONE SVB
FIDEM, SEV DE IMPERIO FIDEI IN RA-
TIONEM, RATIONI CONFORME.

§. I.



Nihil inter multifaria dona , quibus sapientissimus humanarum rerum moderator , naturam erga homines abundare voluit , esse praestantius , intellectu , et quae ipsi insita est ratione , firmissimo semper talo nititur . Plurima vitae humanae bona pusilla sunt neque digna , quae magnis multisque laboribus infestemur . Pulchra nobilitas , sed bonum alienum ; pretiosae diuitiae , sed fortunae possessio ; venusta gloria sed inconstans , forma decens sed caduca . Optanda sanitas , sed mutationi prorsus obnoxia , concupitae vires , aegritudine , et senectute facile contabescunt : cumque reliqua omnia tempore minuantur , scientiam et rationem senectus auget , bellum singula trahens , atque omnia se-

A

cum

Dissertatio Theologica

cum ferens, solam doctrinam ratione comparatam eripere nequit. Continet boni ac mali notitiam. Nobis praeterita repetit, praesentia moderatur, futura indicat. Quaeque sunt haec rationis commoda egregia, non defuerunt tamen, qui vel vituperant vel plane tollendam suaferint illam. Nescio quanta detexerint incommoda, eaque seruatoris sanctissimam disciplinam infringentia, cum tamen ubius suauissima adsit et iucundissima concordia. Interim ex hoc fonte originent trahit controuersia, quae multorum animos inuasit, de consensu veritatum rationalium cum Theologicis. Est hominum genus ad superficiariam tantum, tum credendorum tum agendorum, cognitionem proclive, omniq[ue] quae inuincibilibus exstruitur fundamentis scientiae infensum. Qui cum nihil rectum putent, nisi quod ipsorum moribus conueniat, vel hoc ipsum legibus, quas temere sibi rulerunt, repugnare arbitrantur, si in curatiori veritatum naturalium et supernaturalium nexus disquisitione opera collocanda est. Adeoque lubentius naturae et reuelationis maxime consentaneum lumen, contra sibi dicere admittunt, quam ut, quod faciliter negotio efficere possent, vires ad arctissimum eorum nexum cognoscendum intendant. Inde factum est, ut de illorum concordia institueretur subtilissima disputatio, quae inter optima floret ac mirabilis consensio. Quo grauius autem aliorum studiam erroneam huius gentis opinionem migrare fecit eiusdemque futilissimum fundamentum funditus euerit, ita ut de illius auctoritate, apud prudentes recuperanda, omnino conclamatum videatur; eo facilius, huic negotio superfederi posse confidimus hoc loco, quo non de theologiae reuelatae cum ea, quam natura praelucente adquirimus cognitionis consensu, sed de rationali huius in illa applicatione, ex qua imperium prioris in posteriore oritur sermo erit.

De Captiuanda ratione sub Fidem, etc.

3

erit. Nobis videlicet extra omne positum sit dubium, (quod suo loco irreuocabiliter demonstrabitur,) rationis et reuelationis lumen nulla in parte contraria sibi inuicem posse adstruere. Numquam oracula diuina ea adſirmant, quæ per rationis fanae principia neganda forent, et vice versa. Dantur tamen in revelata de vniōne nostra cum Deo doſtri-na quaedam capita, quae rationis limites transcendunt, et quibus lumen, quod antea nobis prætulit, obſcuratur; ac licet non plane nos deserat, ob argumenti ramen ſublimitatem haefſitat, et plerumque vel ad eorum perspicuum ne-xum omnino adſcendere nequit, quae, quod necesse erat, vt Numinis Optimi Maximi gloria eo diſtinctius eluēſcerer, ſiniti ſpiritus cognitionem ſuperant, ideoque diuinitus reuelanda erant; vel quod ſaepiſſime accidit, temeraria et inconſiderata notitia naturalis adplicatione, contradic-tiones in numero auget, ita vt dubium videatur cui tribuenda palma fit. Imperium hoc loco fidei competere et illud ipſum eſſe rationi, cui præ reliquis naturae beneficiis præſtan-tiam irrogauimus, congruum, traſtationi noſtræ eſt pro-pofitum. In ſat graui onere fuſcepto, a lectorum beniuolen-tia impetraturos nos eſſe ſperamus, vt quae a viriū noſtrarum imbecillitate, cuius optime ſumus gnari, profeſſura ſunt, leuiori vt aiunt censura perſtrigant, et quae nec famae nec famis, ſed exercitii cauſa elaborata ſunt, tamquam ſequioris dexteritatis teſtes reſpiciant, memores il-lius, quod de nobis etiam valere voluimus:

Homo ſum, et nihil humani a me alienum eſſe arbitror.

§. II.

Quo vero cuncta eo diſtinctius exponerentur et intellige-ſtentur, ſequentem nobis viam et tramitem in pertractando

A 2

theo-

4

Dissertatio Theologica

theoremate nostro sigimus, de quibus lectorem statim in limine admonendum esse duximus. Praemissa sunt inquam, et quantum per virium nostrarum exiguitatem fieri potuit, confirmata sunt, quibus ad solidam imperii fidei in rationem, demonstrationem opus videbatur. Tum vero ipsam arcem aggredientes, indeolem huius imperii proprius indagauimus, et consecaria inde deriuanda et oriunda inquisuimus. Ac ne prudentibus denique sic dictis scilicet hominibus ullum relinqueretur effugium firmissimis argumentis, ex ipsis veritatum naturalium penetralibus de promtis, efficere conati sumus, hoc fidei in rationem imperium esse rationale. En lector formulam opellae nostrae, quam sequi instituimus, cui si satisfactum a nobis fuerit, de omnibus differuisse nos sentiemus, de quibus dicere animus erat.

SECTIO PRIMA,
PRAEPARATORIA.

§. III.

Per operis nostri designationem primum iraque locum ea merito occupabunt, quae reliquorum postea tractandorum principia et fundamenta continent, quaeque ea serie in medium producentur a nobis, qua facilime finem, quem intendimus, licebit consequi. Versantur vero ea, partim in terminorum et propositionum, quae subsequentium rationem sufficientem porrigunt, vberiori explicacione, et quantum fieri poterit curatori determinatione, probatione; partim oraculi, in quo cardo totius rei vertitur, limitiori disquisitione. Sedulo autem cauebimus, ne ea, quibus aliorum laudabile studium lucem exoptatam affudit, aut aliquoties iamiam sub praelo iudarunt, nostra retractatione reco-

recoquantur, ad ipsos fontes lectores remissuri, ex quibus illorum, quae ad plenam et perfectam de iis doctrinam conquirendam desiderantur, vel ipsi haurire poterunt scientiam.

§. IV.

Quodsi igitur ab iis nobis primordia capienda, quibus sequentia tamquam inconcusso fundamento superstruenda sunt, iure vocum terminorumque fixae significationis adcurata explicatio ducet agmen. Huic legi morem gesturi, ne diutius lectores morem, opus praefixum statim aggredientes nos ad interpretationem termini *rationis*, quo saepius consequentia resonabunt accingemus. Varians et absonta ex parte huius vocis a multis acceptio, vel mille nos difficultatibus exponere videtur, quas effugere nullo modo possumus, nisi determinato et definito de ratione formato conceptu. Quemadmodum enim accidere solet, ut ea quibuscum quotidie nobis res est, quaeque, velut in sinu recondita, immediate nos perficiunt, minus plerumque nobis sint cognita, quam quae in felicitatem nostram, elonginquo tantum aut accidentaliter modo influunt. Ita idem fatum rationi interdum contigisse dolemus. Inter tot et tanta, quae homines Deo omnipotenti naturae totius principi accepta ferunt, beneficia nihil nos magis sane effert quam ratio. Verum enim vero quo infelicius diuino hodo possemus carere, eo inexcusator fuit apud plerosque negligenter operae, in eiusdem vera et non fucata percontanda indeole multum collocandae. Fuerunt, qui sub rationis nomine, lumen quoddam fanaticum innumeris euechere laudibus, idque iis verbis, quae satis testantur, rationem ne minima quidem ex parte ipsis innotuisse. Fuerunt alii, qui hominis corruptam appetendi facultatem, hoc cognomento ad-

A 3

fece-

fecerunt, qui quam inepte iudicent, vel lippis et tonforibus notum esse poterit. Eiusdem sunt furfuris, qui defectus, quibus ratio laborat, ipsam rationem adpellare non dubitan. Reim proprius, sed non adaequate satis attigisse videntur, qui eamdem per cognitionem naturalem, viribus naturalibus comparabilem definiunt, eique omnia ea adiungunt, quae per imaginationem, ingenium, et reliquas intellectus facultates, nouimus. Ut vero taceamus hanc ideam latius excurrere definito, aliae nos caussae mouent, conceptum de ratione vniuersalem et regulis logicis conformatore quaerendi.

Qui obiter et fugitiuo tantum oculo scripta legerit, quae non veteres solum philosophi, sed et recentioris aetatis, praefertim quoque fanaticae castra sequentes, autores memoriae prodiderunt, facile plures, quam nos adduximus reperierit, quas vero refellere foret superuacaneum. Quid si eorum labores proprius consideremus, qui contra rationem disputarunt, plerunque conceptum ni peioris, eiusdem tamen farinae, originem male actae caussae fuisse apparebit.

§. V.

Ad usum loquendi si debita adhibetur industria, perspicax rerum arbiter facillime animadvertis, rationem non sine nexu posse cogitari. Tribuimus scilicet iis rationem, qui rerum et veritatum, in hoc vniuerso cognoscibilium, perspiciunt nexus. Nexus hic veritatum, vel distinctam respicit spiritus sui representationem, vel non. In casu priori ratio dicitur *subiectiva*, in posteriori *objectiva*: ut adeo *subiectiva* sit spiritus cuiusdam distincta nexus, quam veritates inter se habent, representatione. *Objectiva* vero eae ipsae veritates, quae in hoc nexus constitutae sunt, in quo altera ex altera potest deriuari. Ratio *subiectiva* sine *objectiva* esse nequit.

De captiuanda ratione sub Fidem, etc.

7

quit. Si enim nullus omnino nexus, neque datur nexus ad spiritus cognitionem relatus.

Ratio obiectiva est immutabilis, propterea quod veritates, quae eamdem constituent, sunt mutationis expertes. Subiectiva non item, sed secundum subiecta in quibus existit variatur. Opponi autem solet subiectiva ratio, cognitioni sensuali, quemadmodum philosophia, veritatum carumque principiorum et nexus scientia, rationis obiectivae synonimum, reuelationi stricte sic dictae contra potest distingui.

§. VI.

Ratio subiectiva est distincta spiritus de rerum nexus repraesentatio. §. V. Quam si in substantia libera intelligentem ponimus, vel *te facultate* sermo est, qua pollet, ad representationem de veritatum nexus adquirendam; vel de *ipso actu*, quo veritatum nexus distincte appercipit loquimur; vel *habitum* veritates earumdemque nexus perspiciendi, respicimus. Seruanda videtur triplex haec loquendi distinctio, ne quod flagitant discrimen negligentes, ea permuteamus, quae substitui pro se inuicem nequeunt. Idem circa rationis in sanam et falsam sive aegrotam distributionem monendum est. Ratio enim subiectiva, vel cum obiectiva consentit, vel non. si consentit est ratio subiectiva *sana*, si non *falsam* et *aegrotantem* dicere consuenimus.

§. VII.

Per diuina autem, quorum saepius infra mentio fiet, illum intelligimus veritatum complexum, quae non solum ipsam religionem summum hominis bonum efficiunt, verum etiam ea omnia, quae vel remote, vel proprius, cum eadem coniuncta sunt. Consequenter non solum de nostra cum Deo vnione dogmata, sed etiam omne illud proponen-

di et

di et manifestandi genus, facta quae narrantur in reuelatione, quaeque in genere ad ad finem nostrum ultimum adimplendum, diuinitus memoriae prodita sunt.

Summum bonum cum in continuo felicitatis vsu versetur, felicitas vero, ad maiores perfectiones quotidiana progressione absoluatur, nulla religione prius, quamquae Christo lapide isto angulari, et prophetarum Apostolorumque testimonia nititur consequenda, patet cur religio per summum bonum possit explicari.

§. VIII.

Cum nihil nobis magis curae cordique esse debat, quam sollicitum ad ea, quibuscum summa nostra coniuncta est felicitas, quaeque in diuinis comprehenduntur §. VII. ascendendi studium, sequitur obligatio: 1) Tam perfectam et quoad omnes eius partes essentiales absolutam, 2) tamque distinctam de iis nobis adquirendi cognitionem, quanta nobis est possibilis, 3) Ea adhibendi subsidia, quibus obtineri haec notitia potest, quaeque eam ob causam illicita esse nequeunt. Si igitur per rationem subiectuum eiusque usum diuinorum cognitio distinctior comparari poterit et ardenter, quam eius non usum: nihil minus demonstratione indigebit, quam obligari nos, ad usum rationis in diuinis. Ratio enim cum versatur in cognoscendo nexu (§. V.) quo clarius cognoscitur nexus, eo distinctius euadit discrimen, quo gaudet propositio, de qua est quaestio. Quo maius discrimen, eo plures nobis repraesentamus notas, adeoque distinctiorem appercipimus propositionem rationis subiectivae ope, quam illius neglectu. Quo vero distinctiori quisquam praeditus est notitia, eo facilius moueri poterit voluntas, ad ea, quorum sibi conciliauit cognitionem, in succum et sanguinem conuertenda: adeoque per

De captiuanda ratione sub Fidem, etc.

per rationem oritur cognitio ardenter, quam adforet candelabro hocce sub modio occultato. Idemque indubium est de obiectua, quae scilicet, si lucem affundit diuinioris argumenti dogmatibus, ea confirmat, et contra friuolas hostium obiectiones tuetur, eandem ob caussam adhibenda est. Longissime sane abest ut hoc modo fiat principium iudicandi in diuinis.

§. IX.

Multum profecto nostris ratiociniis deesset momenti, nisi hoc ipsum officium sufficienter in infallibili plane et credendorum et agendorum principio, diuinis pura oraculis esset explicatum. Neque nos operaे poenitere poterit, si in euoluendis iis, quae huc spectant, paullo fuerimus copiosiores; siquidem de capite rei totius instituitur disputatio. Tantus autem est testimoniorum hunc rationis in diuinis vsum uno quasi ore profitentium, ut non de conquirendis, iis sed de eligendis sollertiae opus sit. Praetereamus enim silentio, ipsos sanctos viros, sacrarum pandectarum autores, hanc rationis lucem, omnibus iis locis vbi dicendorum genus permitteret adhibuisse, et si placet in multis regulas, quas nuncupamus logicas, strictissime seruasse. Neque in eo simus longiores, ut efficiatur necessitas rationis, eiusque usus ex diuinarum doctrinarum nexu redundans. Male fortassis de illo apud eos potissimum agitur, contra quos disputamus. Duplex tantum eorum genus in memoria reuocabimus. Vnum est eorum, quibus expresse et simpliciter rationis usus, vel iubetur vel commendatur, quorundam 1 Cor. XIV. 20. 2. Ephes. IV. 14. Rom. XII. 1. Proverb. XX. 15. XIII. 16 XIX. 2. Rom. XIV. 2. 1 Petr. II. 2. pertinent. Alterum est eorum, in quibus meditatio

B

et re-

Dissertatio Theologica

et rerum omnium iusta diindicatio iniungitur, quorum argumentum cum paucissimis non constare nequeat, sigillatim hic proferre esset inutile. Conf. 1 Thes. V. 21. 1 Ioh. IV. 1. 2 Cor. XIII. 5. Philip. I. 10.

Omnino dubitamus utrum fuerint, qui theopneustiam, rationem sacrorum virorum fustulisse arbitrati sint, quos tandem, si forsan in medium prodierint, qualibet paginarum sacrarum refelleret. Quum vel duobus exemplis tota lis dirimatur, videamus si Deo placet, quam strenue Apostolorum princeps gentiumque salutaris Doctor Paullus Rom. VIII. 25. Act. XVII. Rom. I. 3. et iterum 33-36, et neruose ratiocinatus sit. Ipsos omni ratione delitatos esse necesse est, qui inficias ire non prae se ferunt, desiderari hic quidquam, quare huic argumentationi diui Apostoli, demonstrationis nomen imponi nequeat, quae est per distinctam nexus, quem veritas aliqua cum aliis habet, explicationem, ad certitudinem deductio.

§. X.

Ac ne ullum dubium bonam et firmissimam causam in speciosam redigat suspicionem, videamus quae sint tandem ea, quae rationis usum impedire precario ab aduersariis praesumuntur. Pronocant satis impudica fronte ad oracula diuina, in quibus rationem in salutaribus simpliciter interdictam offendunt. Mirum sane videtur, tum omnes hermeneuticas regulas obliuioni tradere, cum de iis quaeritur, quae sistema omni ex parte contradictionibus absurdissimis repletum infringunt, et ad meliorem frugem nos possent reducere. Glaucomate obducti, Rom. VIII. 7. suam sententiam defendere autant, et Φροντία σαρκός per rationem interpretantur, cum ex illius opposito sole clarius appareat meridiano, de peccato originali dominante, non de ratione quae-

De Captiuanda ratione sub Fidem, etc.

11

quaestionem inferri. Quantum enim abest, ut ille, quo labo-
ramus pro dolor, originalis morbus non Deo maximopere
sit inuisus, tantum quoque a vero distat, rationem ex diui-
nis esse exterminendam. Eadem est ratio locorum 1 Cor.
I. 23. et Act. XVII, in quibus non ratio sana, sed philo-
sophia falsa, quae graecorum animos infecerat, et omni er-
rorum genere abundabat reiicitur. 1 Cor. II. 14. aperte diiu-
dicationem ordinis salutis ex principiis naturalibus impug-
nat, minime vero rationem simpliciter, in omnibus iis,
quae ad salutem nostram pertinent, migrare iubet: quem-
admodum Math. XI. 25, quo etiam multi solent vti, nihil
ad rem facit. Quamquam enim eius temporis sapientibus
mysterium incarnationis non fuerit manifestatum, exinde ta-
men, salua ratiocinandi forma non sequitur, hunc locum
omnem rationis usum tollere. Neque rectius philosophan-
tur, qui eam ob caussam rationi nullas partes, in salutaribus
tribuunt, quoniam ad corruptum quo peruenimus statum
pertinet. Quid si ita concludere liceret vel hoc maxime
intellectum in genere feriret, qui ab originali hac pernicie,
neutiquam liber mansit. At vero, etiam intellectus in di-
uinis reiiciendus? Adeoque et haec tela aduersariis e mani-
bus extorta sunt.

Eo quidam, praesertim ex iis, qui Fanaticismum profi-
tentur, delapsi sunt, ut hoc ipsum tamquam systematis Theo-
logici veri criterium supponerent, ut ne minima in eodem ra-
tionis species occurreret. Antoinette a Bourrignon, Petrus Poiret,
et ipse ex parte Petrus Daniel Huetius hunc errorem fouerunt.
Potissimum etiam Petrus Bayle ostendere ausus est, rationem
infensissimum doctrinarum salutarium esse hostem, & num-
quam eius usum credentibus concedendum. Alii vero rationem
huius vel illius individui, aut huius vel illius systematis,

B 2

cum



12

Dissertatio Theologica

cum ratione subiectiuia sana et obiectiuia viuientiали communantes, inconsiderate sibi pugnam inter rationem et reuelationem machinati sunt. Atque hoc sensu Brochmannus in system. Theol. vere afferere poruit, dari contradictiones rationis et scripturae.

§. XI.

Contra omnem igitur aduersariorum imperium sat mutinum hoc est: obligamur ad rationis usum in diuinis. Quod cum extendendum sit tum ad subiectiuam quam obiectiuam §. IX. X. non tamen cum iis facimus, qui male illa, quae demonstratum immus, adplicantes vel omnes rationis et reuelationis contradictiones apparentes et difficultates inde oriundas negant. Quantum interim caudendum est, ne in hoc extremum incidamus, tanta quoque opus est industria, ne temere inconceptibilitatem propositionis alicuius, cum contradictione confundamus, probe rationis nostrae limitum consci, quos tamen nonnulli transgressi sunt, praesertim Lock in ratiocinabilitate doctrinae Christianae, et Toland in libro, qui inscribitur Christianismus sine mysteriis.

Non adeo magnum ingenii desideratur acumen bene multa huius generis *duoventra* dergendi, quae tamen speciem omnem amittunt, si cuncta aqua lance perpendamus.

§. XII.

Finitum enim cum sit, quod non maximo gaudet perfectionis gradu, neque in finita substantia dentur facultates infinitae, propterea quod esse simul infinita in finitis esse nequeunt; prono sequitur alioe, facultatem in homine, quam dicimus rationem subiectiuam, esse finitam, adeoque non maximo perfectionis gradu praeditam. Rationis enim subiecti-

iectiuae perfectio, partim illius ad plures veritates extensio-
ne, partim clara et perspicua earumdem notitia absolutur.
Quo plures igitur, quo distinctius veritates in nexu suo
constitutae agnoscantur, eo perfectior est ratio. Quaecun-
que hinc omnia possibilia, tam distincto, quam fieri posset,
nexu perciperet, foret perfectissima et infinita, quae vero
Enti infinito soli propria, in finitam substantiam non cadit. Ne-
cessarium ergo, et immutabile prorsus, est rationis no-
strae attributum, ut nec omnia, nec quae ex his nouiri,
distincta semper et adaequata adsequatur scientia'. Quin
immo, quamquam plures dentur illius apud plura indiui-
dua gradus, nullum tamen nec omnium, nec semper qua
par est claritate et perspicuitate gloriari sese poterit. Au-
gebitur cognitio nostra, sed numquam ad eum gradum
adscender, qui summus dici poterit. Huc usque non tu-
lit terra hominem, qui nullius erroris se reum sciat nec
iure meritoque praedicare debeat: quam multa sunt quae
nescimus.

De ratione subiectua loquimur, quo sensu enim et obie-
ctua infinita dici possit non huius loci est. Latissimum sal-
tem illius ambitum nisi infinitum appellare lubet, idem no-
bis esse poterit alio coequo commodiori termino rem adfici,
in qua de reliquo plane conuenimus.

§. XIII.

Ferendum esset et quod natura nostra respuit patien-
ter tolerandum, nisi perniciosiori adhuc labore aegrotaret,
quam paullo ante finitam ostendimus, ratio. Parum sane
in nos exinde rediret detrimenti, ut non omnia, nec sem-
per ea, qua fieri potest, perspicacia et acumine noueri-
mus, si modo in iis, quam exiguis tandem eorum numerus

B 3

fit,

Dissertatio Theologica

sit, quae finitis nostris viribus relicta adhuc sunt, praestanda posset praestare ratio. At amissa, quam habuit insitam, perfectione, in tenebris palpitar et peruersitate rationis regitur. Indignus foret, iucundissima hac, qua fruimur; luce, qui praemeditatis opinionibus agitatus, quod protoplasti sibi inobedientia attraxerunt vitium, ad Deum referre auderet, quem summa sanctitas, a male et inique agendo quam longissime remouet. Vel suo inquam exemplo docent rationem esse corruptam, qui quod malum ex legis diuinae transgressione necessario emanabat, vel immediate Deo, vel limitibus, quibus clauditur, tribuere non dubitant. Si enim prius, Deum sanctitate priuabunt boni viri; si posterius, probent quaeſo nobis maiorem, quam presupponunt, propositionem: ut cum malo physico, quod finita ſecum portant, ſemper et necessario coniunctum sit malum morale. Sed omnibus iis supersedere possumus, si quam scriptura de rationis labe prodidit historiam, dextra et ad nullas partes inclinante mente contemplati fuerimus.

§. XIV.

Et, quam primi parentes a summo Numinе concreatam acceperant, diuina imago; et explicita ac repetita oraculorum diuinorum de bonitate et perfectione illorum assertio; et ipsa denique actuum, quos ediderunt, enarratio, id saltim indubium reddunt, vt quamquam debit is circumscripta fuit limitibus, iis tamen non laborauerint vitiis, quibus hodie in varias calamitates adducimur. Subiectum portissimum hoc parte dolemus non obiectuam, utpote quae illius defectibus simul corrumpi nequit §. V. VII. et Budd. instit. Theol. dogm. lib. III. Cap. II. §. 16. p. 418. Illius perniciē origo, cum ex temeraria legum diuinarum trans-

transgressione, indeque profluente virium antea bene ordinatarum per abusum disturbance proficiscatur, indelebili isto omnis moralis vitii, quod generando propagatur, son te, Genes. III. 22. Rom. V. defectus suos non in naturalibus solum et ciuilibus, sed in spiritualibus maxime negotiis prodit. Vtrumque ex experientia copiose posset demonstrari, quod tamen cum ab aliis iamiam omni cum indu stria factum sit, hic ut indubium habere eo magis licebit, quo minus scriptura sacra dubitare de hoc nos permittit. Fieri enim qui posset, quod in permultos quadrat, ut vi derent meliora probarentque, deteriora sequerentur, nisi intellectus eiusque vires tenebris essent incolatae, et obdu ctiae, facultatem appetendi determinantes. Spectant hu c scripturae effata de illuminando et restituendo intellectu, Ioh. I. 19. Luc. II. 32. Ephes. I. 18. Ps. XIII. 4. Ephes. IV. 13. 14. V. 8. et reliqua, quibus omnibus confusio et summa ratio nis peruersitas praesupponitur, seria emendatione e me dio tollenda.

Ad meliora ergo redeant, qui Deum imperfectionis ac cusant, quod rerum naturam non ita composuerit, ut eum dem nullo accedente alio lumine cognoscere possemus. Pro betur potius, vtrum hoc omni ex parte fieri posuisse. Ne deinde oblitus cantrur, naturam multa nobis de Deo einsque attributis reseruisse, quae nisi in statu praesenti verfaremur, quo ratio corrupta est, facili negotio possent intelligi. Pro uocamus hic ad Wattsi scriptum, de robore et imbecillitate rationis humanae, in quo defectus et virtus, quae rationem subiectiuam infirmant, tam solide quam eruditio exposita sunt, ut acta ageremus, si in repertendis iis esse vellemus occupa di. Addenda his erunt quae Excellent. Weber in demonstra tione necessitatis religionis et fidei reuelatae in diuina satisfa ctione fundatae, de rationis subiectiuac sphalmatibus, contra effrenos non corruptae iactatores disputauit.

§. XV.

§. XV.

Quae cum ita sint, quid suscipiendum intermittendum ne, ne ab eo, quem propositum habemus, ultimum terminum, ad deuia declinantes, infeliciter aberremus? Obligamur ad summam nostram procurandam felicitatem, omne quod infelices nos reddere potest euitando. Ne nubem pro Iunone amplectamur, nostrum est in re tanti momenti, tam distinctam et completam nobis conciliare notitiam, quantam natura possumus §. VIII. Adeoque, quam rationis subiectiuae ope adsequi licet, omnino in subsidium vocanda. Sed miseris nos! Per varios nobis casus, per tot discrimina rerum transeundum. Lumen obscuratum et praeter eos, quibus coercetur finibus §. XII. insanibili malo labefactatum est §. XIV. ita ut periculosum sit, in rebus, quae sumnum nostrum bonum decernunt, illo plenario duce atque principio vti, vt pote ad varios errores proclui. Incommode ergo et insufficiens saltim illius est in hoc negotio subsidium, et optimum tamen, quod naturales nostrae vires praebere queunt. Est hoc ingenue fatendum, et nisi aliud huic adiumento fuerit, certo certius ad idem caput recurreret quaestio, de mediis adaequatis circa felicitatem nostram plene et perfecte promouendam. Tentabimus ergo quid ad causam componendam suggestere possimus.

Quem Pelagius hic sacrilego ausu propullulauit errorem, quo homini ea tribuit, quae Dei sunt, cum iam dudum inanem monstrarunt docti et de ciuitate Christiana bene meriti viri, ita ut non opus sit ut eundem nostra disputatione debilitare studeamus.

§. XVI.

Tantam videlicet nobis Deus impertiri vult felicitarem, quantum demum vires nostrae possunt sustinere. Ipse enim sum-

summa bonitas, summoque amore, cum omnia huius vniuersi
individua, tum hominis maxime, gloriae suae decantatores
amplectitur, eamque ob caussam amor secundum excellen-
tiā dicitur 1 Ioh. V. 16. Quodsi ergo D. T. O. M. non
omnia nobis ea bona, omnes perfectiones, quae ad finem
nostrum ultimum tendunt, voluisse conferre, vel ipse eorum
defectū pressus fuerit, vel optimum non elegerit, adeo-
que nec sapientiae, nec sanctitati conuenienter egerit, cum
etiam si plures adhuc nobis obtigissent, ipsi tamen similes
vel aequales nunquam euasissimus. Cum prius ob sufficien-
tiā eius omnimodam esse nequeat, posterius eo minus co-
gitari poterit, quo apertius est, Deum cum optimo fine,
optima semper connectere media, hinc non solum summam
nostram eamque aeternam felicitatem magnopere velle;
2 Pet. III. 9. Ezechiel. XVIII. 23. sed ea etiam media,
quibus carentibus, infeliores mansissemus, esse procura-
tarum, idque optimo et sapientissimo modo. Magnum
nobis exinde exsurgit sollarium. Hoc saltem exploratum
est, et prona efficitur consequentia, aliam adhuc praeter insufficiētē, quam naturalibus viribus consequi possimus, dari
debere lucem, qua vtentes, quem volumus, porrū facilius
et felimus possimus intrare, quaeque criteriis sufficien-
tibus originem diuinam profertibus debet esse instructa.

§. XVII.

Optimum Deo visum est ea, quae vel facultates no-
stras plane superabant, vel non sine erroris periculo a no-
bis cognosci poterant, modo supernaturali, et quidem per
litteras confignata reuelare. Mirifice hic iū falluntur, qui
hoc contra sapientiam diuinam pugnare existimant, quod
litteris ea mandata sint, quae ad salutem nostram plenariam

C

per-

pertinent, quas angustissimum et maxime incommodum reuelandi remedium adpellare consueuerunt. Afferenda potius fuisse alia eaque magis aptiora, si hoc omnino reiicere placuissent. Facilius enim est ea, quae nobis propter regnantia, quae in sinu fouemus, praeiudicia adversari videntur, tollere, quam quid praeferendum, quid postponendum probare. Nimis immature saltim iudicant, dum quod summa potius cum veneratione accipiendum, ut Deus nostris commotus misericordia clementissime captui sese nostro adcommodauerit; defectus nota adficere malint. Sed quid multis? Quodcumque enim Deus medium in patefcendis iis, quae vniōnem nostram cum ipso rationi maxima ex parte incognitam docent, elegit, illud eius attributis sit conuenientissimum necesse est. Profundissimae nimirum et hac ex parte sunt diuitiae tum cognitionis tum sapientiae diuinae. Iudicia illius inscrutabilia et eius viae imperuestigabiles.

§. XVIII.

Variis autem nominibus insigniri solet complexus iste veritatum, diuinitus per sacros auctores ope sanctissimi diuinitatis spiritus, ad salutem nostram per Christum partam euehendam, reuelatarum: §. XVII. quae plane intacta relinquare eo minus concedamus, quo saepius ex termino sinistro accepto, innumera emanarunt ad ipsum argumentum incommoda. Appellatur reuelatio diuina strictissime sic dicta, quod ipsum nos partim ad supernaturem illius per Theopneustiam ortum remittit, undeque ipsi vis cognitionem in animis hominum intuituam operandi competit; partim modum et formam eiusdem proprius explicat, sanctis viris vel per imaginationem, vel sensibus externis, vel aliis modis factam. Altera scripturae sacrae denominatio maxime numero plu-

De Captiuanda ratione sub Fidem, etc. 19

ro plurali in lingua sancta, rarius in singulari occurrit, et complexum signorum indicat, eorumque ad signata respectum, quibus sapienter usus est spiritus sanctus. Sacra vero est, non solum ob sacram, quam trahit originem, et sacrum ad quem tendit finem, sed etiam ob ipsum argumentum, quod cum omnibus in locis sanctitati diuinae convenientissimum est, singularem quoque nobis et non vulgarem erga eandem imponit reuerentiam. *Verti diuini cognomentum vel ipsam caussam efficientem Deum summum, vel obiectum, quod habent dogmata, vel supernaturalem, qua poller, efficaciam respicit. Quemadmodum si bibliorum nomine venit haec reuelatio, deuotissima mentis inde fluit erga dogmata in praestantissimo librorum contenta, reuerentia.*

Determinatis sic denominationibus, non solum multa inde erui poterunt, quae postea nobis inseruient, sed licet quoque in posterum promiscue iis utri et unum pro altero substituere, siquidem unum idemque argumentum significant.

§ XIX.

Scriptura sacra ea, quae ob subiectuas rationis defectus, hinc viribus naturalibus cognosci nequeunt, supplet. §. XV. XVI. XVII. Quae si nobis mansissent ignora, cum non ad eam felicitatis gradum ascendere potuissent, qui nobis erat possibilis, scriptura sacra, merito felicitatis nostrae promouenda dicitur complementum, idque ordinarium. Est enim complementum illud, quo accedente adest ratio ad rationatum sufficiens. Per reuelationem vero felicitas nostra, antea imperfectionem redolens, perficitur. Cumque praeterlapsum sit tempus, quo Deo voluntatem suam immediate et extraordinarie declarare placuit, quippe quod post consum-

matam scriptionem librorum diuinorum exspectare vetitum est : temeritatis nos reddimus obnoxios , si , quae ad finem ultimum per ordinem a Deo ratihabitum constituta sunt remedia migrantes , immediate ea Deum adhuc efficere flagitamus , in quibus ordinaria media adhiberi voluit . Inde tamen non sequitur , Deum necessario et simpliciter ita eidem esse adstrictum , vt quae in certis individuis per ordinaria interdum physice obtineri nequit , eam non alia via euchere possit felicitatem , quod ex fide et regeneratione infantum satis appetet .

§. XX.

Verbum Dei felicitatis nostrae promouendae comple-
mentum est . §. XIX. Hinc 1) plures veritates , quam per ra-
tionem subiectiuam , ex obiectiuia cognoscere possumus , pro-
ponat et contineat . Quod nisi ira fē haberet , defectus , qui-
bus naturalis nostra notitia laborat , non ē medio forent su-
blati , hinc eadem nos tangeret miseria , quae ante . Quam
cum Deus auerti a nobis omnino velit , §. XVI. hoc per reue-
lationem strictissime acceperam effecturus , prono sequitur
alveo , scripturam sacram plura , quam ex ratione nota sunt ,
dogmata comprehendere debere . Ergo verbum diuinum ,
et inde de salute nostra consequenda exstructum sistema , ar-
ticulos puros continebit . Sunt enim articuli puri , in qui-
bus ratio subiectiuia neque nexus distincte cognoscit , neque
obiectiuiae principia rationem illorum sufficientem , perspi-
cie indigitant . Dogmata haec etiam mysteriorum nomine
veniunt , suntque certissimum reuelationis criterium . Sepa-
rata sunt ab his dogmata mixta , in quibus et rationi et re-
uelationi suae partes debentur .

Inclusum

Incaſſum igitur laboraſſe videntur ii, qui operam in expo-
nendis, et ex tenebris, in quibus ad nos relata verſantur, eru-
endis mysteriis collocant. Vel enim illorum existentia plane
neganda, vel ſtudiis nostris in adecurata illorum explicacione
limites figendi ſunt. Cum enim vires ſubiectiue ſuperant,
numquam a nobis qua decer perſpicuitate apperſcipientur.
Experientia teſte exploratum eſt, maiora plerumque incom-
moda per curioſam et subtilem illorum tractationem propul-
lulaſſe, quam locum habitura fuiffent, ſi sobria eadem men-
te, et fine opinionibus, vt maniſtata erant meditaremur.
Illicitum tamen nullo modo eſt, iis, quae ſano ſenſu ad illo-
rum illustrationem ex naturalibus adferri queunt, iuſtum
tribuere eſtimium. Vide ſis Wagner in den betrachtungen,
über die geoffenbahrten Geheimniſſe der Christlichen reli-
gion. Cap. V. VI.

§. XXI.

Verbum diuinum cum ſit felicitatis noſtræ euehendae
complementum §. XIX; doctrinas 2) quoque, quae per
rationem probabiles tantum, et fine vita cognoscuntur, ad
ſalutem tamen noſtram plenariam faciunt, certius distincti-
us et ardentius exponat. Hoc ipsum enim natura comple-
menti, cuius vices tulit, pari modo inuoluit. Si omnia enim
tanta cum perſpicacia et acuminē nobis eſſent obuiā, quanta in
negoſio eiuscēmodi momenti opus eſt, ſuperſederi poſſet
reuelatione ſtriēte ſic dicta. Verum enim vero, cum na-
turales vires neque omnimodam certitudinem, neque, quae de-
ſideratur in dogmatum exercitio, vitam exhibeant; §. XV. VIII.
illud scripturae ſacrae accessionem neceſſitabat. Adeoque
ſi fini, cuius cauſa compoſita eſt, ſatisfacere debet, gaudeat
neceſſe eſt maiori quoad dogmata proposita certitudine ac
vita, quam habent eadem ex naturaliſ notitiaſ fundamentis
demonstrata.

Multarum rerum salutarium ex naturalibus principiis incertitudo, tum demum appareret, si eius lumine prorsus inaestimabili, carendum nobis fuisset. Facilius est nunc in via strata amplius progredi, et quod vestigium revelatio monstravit indagare, exindeque ea, quae salutarem scientiam pariunt, deriuare. Sane quam multarum rerum nos fugerer notitia, nisi hac via ad easdem esset peruentum, vel ii iudicent, qui omnia aequiter, et iuste perpendere didicerunt.

§. XXII.

Scriptura sacra est complexus veritatum ad salutem nostram procurandam reuelatarum. Ergo quemadmodum ratio reuelationi stricte sic dictae aduersari nequit §. X. ita vice versa scriptura rationi contradicere non potest. Ad obiectiuam enim quod pertinet, cum pari modo ac reuelatio contineat veritates, quamdiu inter veritates non datur contradiccio, tamdiu etiam reuelatio et ratio obiectiva, hostes esse nequeunt. Ergo quod reuelatio adfirmat ratio negare numquam poterit. Optime potius inuicem consentiunt, licet illa plures complectatur veritates, quam haec. Quae subiectiva huius vel illius indiuidui absonta detexisse videtur, vel sunt adparentia talia, vel subiectiva non sana est, adeoque nulla. Quae autem limites nostros transgreduntur, eo minus contradictionis notam incurtere possunt, quo magis indubium est, neque nos ad omnia cognoscenda pares esse, et ea ipsa dogmata supra rationem colligata, in reuelatione diuina necessario requiri.

Ignota plane nemini esse possunt, qui primis tantum labi's litterariam historiam gustauerit, Baylii conamina, qui quae a natura accepérat ingenii animique, existantiora dona, ea omnia ad hoc stabilendum contulit, reuelationem stricte dicetam vel omnibus paginis rationi esse aduersariam. Nam infeliciter et temere hoc praefliterit ius terminandum relinquere.

linquimus, qui et auctoritate et eruditione e longinquo nos antecellunt. Interim a priori iamiam conaminis constare poterit futilitas. Quam postea si omnia conquisuit, quibus reuelationem in suspicionem induceret, subiunxit Fidei in rationem triumphum infra censemus. Evidem iis ipsum annumerare nolumus, quorum philautia et eclarescendi studium maius est intellectu et scientia; sane neque ingenium neque acumen ipsi deerant, bellum inter amicos hosce maxime contentaneos cire, quibuscum si debitam coniunxisset fidelitatem atque prudentiam, facile illud potuisset compонere.

§. XXIII.

Laudibus suis igitur destituenda ratio non est. Qui interim maius ipsi aestimium vindicant, quam revera mereatur, expertes forte sunt illius, in quo rei cardo vertitur: quo completius nimirum medium aliquod, finem, cuius cauſa adhibetur, adsequitur, quo breviori et certiori via nos eo dicit quo tendimus; eo est commodius, eo perfectius, hinc maioris aestimandum, quam quod vel centum ambagibus nos defatigans, eo tamen semper quo exiit redit, §. XV. nec umquam nos verae animi quietis reddit particeps. Nolumus hanc reuelationis, et, quae in hac continetur, religionis reuelatae excellentiam et praestantiam prae ratione obiectiva, pluribus quam ab aliis iam factum est efferre. Verendum est, ne lectorum benivolentia abutamur, si in ea copiose excurrere vellemus, quae maxima pars nobis sponte largiri solet. Eam obcauſam non commitemus ut longiori demonstratione, reuelationis prae ratione obiectiva praestantiam confirmemus, quac ex §. XIX. XXI. satis appetat, et aliunde luculentter effici poterit.

Adeat

Adeat Lector Dissert. sub sum. Venerab. Praefide cIoacch. XLIII. habiram, atque de praefantia religionis reuelatae prae naturali inscriptam, quam omnibus iis opponere licet, quos non pudet ea etiam infringere, quae firmissimis inmittuntur fundamentis, ab iis tamen in dubium vocari nequeunt, qui vel imperium Fidei in rationem tantum simulant. Alio quidem respectu Excellentis. Robert Boyle de hoc in tractatu: de excellentia Theologiae cum naturali philosophia comparatae differuit; multa tamen erudite attigit, quae nobis confirmationem suppeditare poterunt.

§. XXIV.

Verum ne in praeparatorio hoc dissertationis negotio latius diuagemur, quam per leges statim in limine lancitas permittitur, ad ea quae restant tractatio nostra sese recipit. Quantum enim opus fuit industriae, quantum circumspetionis, in disquirendis et perscrutandis iis, ex quibus rite determinatis, adcurata rationis vtriusque notio, et consecutariorum ac propositionum necessario inde redundantium, distincta cognitio, tamquam ex limpido alueo promanabat: tantum quoque desideratur studii, ne quod vitium effugere conati sumus in exponendo rationis termino, nunc locum offendat, quum eorum adhuc tractatio ad manus sumenda erit, quae Fidem efficiunt. Idem sane in sequoribus secum fert momentum, ideoque eamdem curam flagitat, quam in illud impendimus, vt quid sit ratio et quotuplex ostendimus. Invitile et supervacaneum hoc negotium a nemine haberi poterit, qui et varias quibus adscicitur vox significationes, et finem nostrum quem volumus non ignorat. Praelucebunt nobis ipsa oraculorum diuinorum effara, qua via facilime prouideri poterit, ne erroribus obsaepsi, in brevia incidamus, ex quibus euadere perdifficile est.

§. XXV.

§. XXV.

Varie in Theologorum systematibus vox Fidei accipiatur. Mox constantiam denotat in seruandis promissis; mox ad sensum indigitat, quem aliorum dictis praebemus, et testimoniis. Prior significatio et Rom. III. 3. et Ps. LXXXVI. 15. Ierem. VII. 28. Ies. XI. 8. occurrit, ubi in primo loco Apostolus Fidem Dei per hominum incredulitatem irritam fieri posse negat. Per hunc significatum ergo, Fides veracitatem et in verbis constantiam designat. Respectu posterioris significationis experientiae et scientiae contradistinguitur. Per metonymiam vero, veritates et propositiones indicat, quae ob testimonium fide dignum, tamquam verae habentur: qua ratione et ipsa reuelatio, et ecclesiae symbola, hoc nomine veniunt, Galat. III. 23. Rom. II. 5. Iud. 3. Quandisque ipsa supernaturalium effectuum, diuina adiuuante potentia, productio, *Fides* appellatur eaque *miraculosa*, de qua i. Cor. XIII. 2. seq. Matth. XVII. 20. Act. XV. 9. loquuntur. Qui significatus, quamquam non omnino reiciendi, ad nostrum tamen finem nouum satis sunt idonei, sed curatori adhuc determinatione et circumscriptione indigent.

§. XXVI.

Fidem scilicet in *subiectu* dividere licet et *objec-
tum*: seu, quod huic responder, Fides nobis sit, vel qua creditur, vel quae creditur. Fides subiectua dominante habitu, et ardente versus Deum inclinatione, ex bonorum omnium ab ipso exspectatione oriunda, et promissionibus in sacris pandectis factis frata, absolvitur, variisque cognomentis ornatur. Appellatur praesertim Fides Christi, hoc est, quae Christum et eius meritum adprehendit, Galat. II. 16. 20. itemque Fides in sanguine Christi Rom. III. 25.

D

Quae

Quae cum neque ad vnum aliquem et singularem mentis actum et habitum, neque ad vnam mentis duntaxat facultatem restringenda est, ita ex variis actibus, arctissimo vinculo inter se coniunctis, sine omni tamen confusione, composta est; et secundum Theologorum arbitrium in tres partes abit. Prima est viua Numinis, et bonorum ab ipso exspectandorum, cognitio, qua cum altera connexa est, assensus ex conuictione sufficiente ortus, quem et consensus et desiderium, et voluntatis conatus, sponte sequitur. Accedit tertia pars Fidei essentialis, quae in firma fiducia in Deo reposita versatur, ex qua ipsa omnigenae felicitatis exspectatio producitur Ebr. X. 38. 39. XI. 1. Marc. XVI. 6. Enim uero cum adsensus sine praegressa cognitione esse nequeat, nemo nisi qui cum ratione insanire velit, profiteri poterit, Fidem sine rerum credendarum posse esse notitia. Quod enim quis non intelligit, id neque apperere, ergo neque potest eidem adsentiri. Quando autem homo in rebus, quas credere debet, de summa Dei bonitate et veracitate viuaciter est coniuctus, non potest non adsensus inde oriri ardentissimus, in quo per spiritus sancti testimonium confirmatur, ita ut haud difficile ipsi sit, in Deo et Christo tamquam remissionis peccatorum, nostraeque cum Deo reconciliationis causa adquiescere, et in omni aduersa fortuna Fiduciam exercere. Fiducia enim hac diuina aliquis praeditus esse dicitur, qui pollet habitu meritum Christi, et per illud partam omnigenam salutem sibi vindicandi, inque eodem recumbendi.

Facile hinc intelligitur Fidem tam intellectui quam voluntati esse tribuendam, ac sine ratione sufficiente, vni vel alteri facultatum superiorum soli adscribi.

§. XXVII.

§. XXVII.

Omnia autem ea, ad quae mentis hicce dominans imperansque habitus sese extendit, quae intellectus cognoscit, voluntas fiduciter et certissime exspectat et adpetit, Fidem obiectiuam constituunt. Quae cum in reuelatione diuina contenta sint §. XXVI. XVII. XVIII. XIX. Fides obiectiuam comprehenditur in scriptura sacra, et sensu strictiori eas omnes veritates, ea denotat dogmata, quae ex rationis lumine sufficienter nobis innoscere nequeunt, et quorum certitudo spiritus sancti supernaturali testimonio nititur. Hinc quam praestantiam reuelationi prae ratione supra §. XXIII. attribuimus, ea etiam de Fide obiectiuua valer. Improprie autem etiam reliquae relationes, et rerum variarum partim indifferantium, partim a sacris auctoribus non proficiscentium, mentiones, ad fidem obiectiuam referuntur. Satagant haec duo Fidei obiectiuae species fini nostro. Reliquae distinctiones aut parum nobis proficient, aut nihil. Sunt equidem, qui Fidem in *actiuam* diuidunt et *passiuam*. Illam ut officium *praecepti* primi in decalogo venditant, hanc vero quatenus promissiones diuinias recipit, vnde et receptiva dicitur: sed perquam inepte; siquidem diuisionis fundamentum in diuersitate respectuum, quos vna eademque res habet, posita est. Fides historica et mortua nullo iure hoc nomen merentur. Mortua enim per §. XXVI. nulla est. Historica autem non ea, quam nos disputamus. Differt ab his temporaria, quae cum vera esse possit, sed non firmiter radicata, evanescere potest. Fides iustificans ex fructibus, quos dupli modo edit, passius oritur, ex actiuis sanctificans. Si denique nobis de fide subiectiuia saluifica sermo est, semper eam viuam esse intelligimus.

D 2

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Insultus aduersariorum contra genuinam hanc Fidei §. XXVI. exhibitam notionem duplicitis sunt generis. Alii tam cognitionem, quam fiduciam, quemadmodum vtramque descripsimus, a Fide sciungunt, eamque sibi ut nudum adsensum, qui reuelatis dogmatibus debetur, imaginantur. Alii autem Fidem nihil nisi obedientiam erga leges diuinas esse adfirmant. Prius Romanae ecclesiae addicti, posterius fanaticorum quidam et praesertim Sociniani adserunt, atque ex variis scripturae locis corroborare audent. Falso prouocant priores ad Ies. VII. 9. Quam temere et inconuenienter vulgatus interpres, sensum huius oraculi per verba: nisi credideritis, non intelligetis, transtulerit, vel primo adparet intuitu. Per verborum Ebraicorum significationem, ita fuissent interpretanda: nisi credideritis non stabiliemini. Verum etiam si aequus fuisset ieterpres, nihil tamen minus sequeretur, quam quod volunt. A negatione enim effectus, ad negationem caussae efficiens numquam valebit consequentia. 1 Cor. XII. 8. 9. XIII. 2, non de fide saluifica, sed de miraculosa loquuntur, ergo hic in-censum venire nequeunt. Quod ex Ebr. XI. 1. fluere videtur, vt, quin res incognitae Fidei obiectum sint, cognitio locum non habeat, acuminis apud aduersarios absentiae certissimum est indicium, siquidem experiri per visum et oculos, et cognoscere simpliciter mirifice commiscent. Eiusdem generis sunt dubia, quae ex eo desumpta sunt, vt hoc modo fides infantium, nostro systemate strenue semper confirmata, ne possibilis quidem esse possit. Verum cum neque graduum cognitionis extensiiorum, nec intensiiorum a nobis iniciatur mentio, cognitio autem ipsa ad voluntatis commotionem sufficiens, vel

ex

ex mera sensatione produci queat, accidente praesertim diuinii spiritus cooperatione, vel falsitatem posterioris huius luculenter demonstrant, vel obiectionibus hisce friuolis molefi nobis esse desinant. Illud tandem, quod in Patrum aphorismate notissimo ponunt probationis robur: Fidem scilicet versari circa res indemonstrabiles et mysteriosas, neque vniuersaliter verum est, ergo nos non tangit, et quantum valet, tantum cognitionem intuitiua et scientiam, non cognitionem in genere impugnat. Parem rationem habet alterum genus, quo Fiduciam non esse Fidei partem essentialem probare annunt. Vel enim ab vnius positione, ad alterius exclusionem, ut Ebr. XI. 1 vbi fiduciae mentio omissa est, concludunt; vel quod de fiducia speciali in singularibus casibus valet, ad fiduciam, quae est Fidei pars, inconsulto adpliant, imprudenti locorum subsequentium interpretatione: Ephes. III. 12. 1 Tim. III. 13. Math. IX. 22. Ebr. X. 19. 22. et reliq.

§. XXIX.

Quo fundamento Socini adseclae vtuntur, vt Fides nihil sit nisi erga leges diuinas, Christi potissimum, obsequium, eiusdem est furfuris. Communem cum his caussam facere solent Arminiani, quo maiori simulationis specie, ea in qua se implicuerunt diuinitate Christi infelici fidere vel negata vel infirmata, praecipitia et difficultates, superarent. Quantum vero, aera lupinis, quantum a falso verum distat, tantum abest, ut systema, cuius fundamenta lubrica omnibus regulis Logicis incongrua sunt, per irritas eiusmodi subsidiarias sententias in ordinem cogatur et restituatur. Videamus quid momenti demum oppositionibus illorum insit. Ex eo quod Rom. III. 22. 26. et Ebr. V. 9. adfirmatum

D 3

sit

fit Christum esse caussam salutis , iis qui credunt, et qui obediunt, conclusionem inducunt, ergo Fides est obedientia; ab identitate subiecti, ad identitatem formae syllogismum formantes, quam consequentiam non valere, vel lippis et tonsoribus notum est. Idem subreptionis vitium Pf. LXXVIII. 21. 22.- 7. 10. Daniel. VI. 23. 20. 2 Ioan. III. 5. Genes. XVII. 1. Rom. I. 5. 1 Petr. I. 22. committunt, quibus locis cum varia subiecta similibus insigniantur nominibus, eam ob caussam vnam eandemque formam habere non consequitur. Ultimum tandem, quo cornicu oculos superare sibi videntur, in eo versatur, ut sciole promulgare non dubitent, nostram de fide notionem pietati esse noxiā. Huius loci non est, opprobrium quod calumnia produxit a nobis auertere. Facile enim posset monstrari, aduersarios modo perquam illico, nostra dogmata partim distorquere, partim perfidiose obliuisci, nos, etiam si obedientiam non vt ipsam fidem, tamquam tamen effectum illius agnoscere.

Praecipui huius erroris propugnatores sunt Schmalzius contra Franzium Seſt. XII. Poiret in oeconom. diuina Libr. V. §. XXV. XXVI. et Dippel in demonstratione euangelica.

§. XXX.

Propius nunc ad arcem ipsam accedere licet. Enucleamus ea, quae necessario paeſtruenda erant, niſi Nubem pro Iunone amplecti, et quam in eiusmodi rebus, quae tam grue nobis inculcant officium, scripturae sacrae et parefactis in eadem veritatibus, debitum, quæſiuimus certitudinem, dubiis debilibusque fundamentis inaedificare voluerimus. Quod officium cum in eo confiſtar, vt captiuam rationem ducamus sub fidem, ad illius demonstrationem extemplo nos accin- gemus,

gemus, si antea ipsam phrasin, quae ex sacris litteris defumta est, et 2Cor. X. 3. occurrit limatus paullatim dilucidauimus, et quisnam verus illius sensus sit, ex proxima verborum significazione eruimus. Attentione nostra eo magis digna iudicanda est, quo saepius multarum discordiarum in hoc argumento occasio fuit, et quo minus dissentientes interpretum commentationes consonant. Duplici negotio totam rem comprehendamus. Primo in vero verborum sensu inueniendo erimus curiosi, quo inuento, ea exinde deriuare studebimus, quae sequiora aut illustrare, aut confirmare, aut contra male meditatos hostium impetus munire poterunt.

§. XXXI.

Sacros viros, a spiritu sanctitatis actos, in componendis bibliis non proprium semper, et proximum verborum sensum retinuisse, sed saepe numero sigurate et improprie loquitos esse, neque ignotum esse neque suspicionem falsi facere poterit. Postulabat id partim orationis, quam numquam plane neglexere concinnitas, partim priorum terminorum quibusdam casibus defectus necessitabat. Nihil amplius addendum erit, vt quilibet bene videat, Apostolum quod improprie expressit, alio quidem modo, sed neque tam scite, neque fini suo tam conuenienter significare potuisse, ac per formulam ex veterum castris peccata effecit. οἳ αὐχμαλωτίζοντες inquit πάν τοις εἰς τὴν υπακοήν τῷ Χριστῷ. Nexus huius oraculi is est. Mentionem Apostolus de ratione inuneris sui inter paganos gesti iniecerat, quos ad Christum salutis fontem adduxisse referit, non vi coactos, nec futilibus persuasionibus rhetorumque inani glaucomate captos s.; sed ita doctrinas de summa nostra felicitate consequenda

pro-

proposuisse et depraedicasse , vt quicumque temere scepticis-
mum sequi noluerint, de euangeli diuina veritate, ex-
stantioribus et intuitiuis demonstratiobus convicti esse po-
tuerint. Hisque suis armis non carnalibus, omnem altitudinem,
quae se contra cognitionem Dei extollit, destruxisse,
auditorumque animos ita instituisse, vt vel maximi acumi-
nis ingeniis absurdii nihil relinqueretur, sed iis, quae re-
manebant adhuc, vilioris conditionis dubiis felicissime su-
peratis rationem sub Christi obedientiam, ducerent captiu-
um, dum dogmatibus, de salute per eundem parta adsen-
sum praeberent, summae ipsorum felicitatis originem.

§. XXXII.

In censum hic potissimum veniunt propositionis de
qua sermo est, *objecrum* et *actus*. *Objecrum* vocabulo *νοητα* offen-
ditur, et in proxime praecedentibus verbis duobus syno-
nimis adficitur, quibus proprius cognoscere licebit, quid
per *νοητα* intelligendum sit. *Nonητα* scilicet, quemadmo-
dum a *νοειν*, quod in sacris litteris eum mentis actum indicat,
quo distinctam nobis de rebus occurrentibus ideam forma-
mus, descendit, 2Tim. II. 7. Marc. XIII. 14. Ephes. III. 4:
ita inde deriuatum substantium ipsam hanc facultatem in-
digitat, nonnunquam tamen pro iis usurpat, quae per
hanc facultatem actu producta sunt 2Cor. II. 11. Nihil est
quod impedit, quo minus utroque sensu accipi possit,
quum antecedentia praeferim et posteriore significationem
requirere videantur. *λογισμοι* enim per ipsa ratiocinia in-
terpretandi sunt, quemadmodum per *νησημα* certus veri-
tatis per syllogismos eruenda gradus infertur. Hinc no-
bis non monentibus constat Apostolum et de ratione sub-
iectiva et obiectiva §. VI. loqui, et de utraque praedicare
captiu-

captiuandam esse sub imperium Fidei, cuius actus explicatio, iure curam nostram mereri viderur. Si ad primam verbi originem aduestrimus, illud ab *αἰχμαλώτος*, quod ex *αἰχ-*
μη et *αἴλωτος* compositum est, et mucrone captum insignit, descendere intelligimus. Veteres enim illius, qui hodie obtinet belligandi modus, imperiti, gladiisque potissimum manus committentes, etiam si sagittis initio praelium decerneretur, in fine tamen, quos captiuos duxerunt, gladio in potestatem suam redigebant. Apostolus quod victori in deuictos et captiuos competebat imperii non ignarus, dum lectoribus, de munere inter gentiles gesto reddit rationem, similem fidei in rationem efficaciam et aequale imperium vindicat, eiusdemque inter ethnicos regenitos robur, loquitione hac militari usurpans, gloriarur. Illius ope factum esse ait, ut omnibus ratiociniis, quae patefactis salutaribus veritatibus contradicere videbantur, imperauerint, et rationis molimina ex Fidei nutu componi coegerint, spreuerint, et e medio sustulerint.

§. XXXIII.

Sequentia in hac interpretatione fundata sunt consecutaria 1) Apostolum rationis captiuationem non iubere, sed illam a regenitis Ethniciis Fidei auxilio, factam esse, tantum referre. §. XXXI. 2) De ratione tam obiectiva, quam subiectiva, et illius facultate, actu et habitu, hoc relatum esse. §. V. VI. 3) Praesupponi hic rationis cum Fide bellum seu discordiam, et huius in illam victoram; Vbi enim non datur bellum nec dari potest Victoria nec captiuatio. 4) Per loquitionem improni, captiuam ducere rationem sub obsequium Christi, Fidei in rationem imperium significari. 5) Denique cum imperio Fidei coniunctam esse illorum, quae λογισμῶν et υφομάτων

E

no-

nomine recensuerat destructionem, seu Fide gubernante, apparentes et speciosas, ad naufragium usque licet exacutae sint obiectiones, omnem vim amittere.

Quamquam lubentissime largiamur, rationis captiuationem sacris litteris nobis vniuersaliter iniungi, falsum tamen id est erroneum est Apostolum hoc loco tale quid imperasse. E contextu sufficierent satis elucet, Apostolum, non quid circa coloratas et fictas rationis contra Fidei quosdam reuelatos articulos oppositiones faciendum edocere, sed quid factum sit referre. Iti autem, qui *vnonca* pro termino aequipollente cum *θρηνος* et *διανοια* habent, quorum utrumque oppositis epithetis circumscriptum de peccato originali et carnali libidine usurpatum Ephes. II. 3. Colof. I. 23. subiecta confundunt inuicem, quae vastissime disiuncta sunt, et attentionem vix merentur, e nexu, quo habentur Apostoli verba, eorumque etymologicae rationis consideratione, de errore conuincedi.

SECTIO SECUNDA,

QVA INDOLES HVIS IMPERII IN RATIONEM DEMONSTRATVR, EIVS- QVE NECESSITAS EXHIBETVR.

§. XXXIV.

Constat itaque et contra proteruos hostium insultus exceptiorum est, pramaeuae ecclesiae membra rationem sub Fidem captiuam duxisse. Hoc vniuersale omnium, qui Christo nomen dant eiusque dominium confitentur, esse officium, illud est quod demonstratione nostra iudubium reddere nobis proposuimus. Pertinet vero potissimum ad officia

officia intellectus. Licet enim physice cogi nequeat, haec rerum obiecta distincte appercipiendi facultas, potest ramen obligari. Etenim quum tunc obligationem ad aliquid in nos cadere dicimus, si motiva, quae vel in bono appetendo, vel malo fugiendo consistunt, adsunt; intellectus autem mutationes, secundum certa motiva, vel de perfectione illius desumpta, libere quidem, determinantur, in quibus simul ratio mutationum est sufficiens: nihil minus est indubium ac dari quoque officia intellectus, quae versantur in mutationibus illius, regulae generali, de perfectione prouehenda, imperfectione praecaueda adcommodandis. Quodcumque igitur intellectum, aut reddit perfectum aut imperfectum, ad id quoque illius officium, vel prius consequendi, vel posterius auertendi statui poterit. Quemadmodum vero insaniae notam incurreret, qui cognoscendi et adipetendi facultates, tamquam diuersas sibi machinaretur substantias, sic facile concedimus, intellectus officia ita plane cogitari non posse, vt voluntati nullae omnino partes in explendis iis, tribuenda sint. Intellectui scilicet distincte obligationem ad hanc vel illam mutationem cognoscendi, adipetendi facultas auxilium praefstat, stimulis in perfectionibus progressum desiderantibus.

Sic e. c. intellectus officium est, tantam quaerere rerum scientiam, quanta possibilis; cumulatur enim hoc modo illius perfectio tam intensua, quam extensa. Appetendi facultas bonorum desiderio insatiabili ducta, quae intellectum magis effert, maior rerum notitia, motiuis sufficientibus foecunda, omnia ita determinans, ut quorum cognitio, perfectionis ipsius fontem constituere videtur, facili negotio possit consequi. Quod itaque sine omni fit coactione, quae fit per vim externam, quam respuit substantia libera.

§. XXXV.

Quae cum ita sint, si per imperium Fidei in rationem augeri poterit intellectus perfectio, inficiari nemo potest, illud pertinere ad officia, quibus ut satagit ipsum tangit obligatio. Non opus habet ulteriori probatione antecedens, si confirmatum fuerit: regnante Fide ad certiorem nos et ardenter salutarium, quae vnicet et praecipue intellectui curae esse debent, adscendere posse scientiam, quam si ratio sibi relicta gubernaculum gerit, multis naevis et variis erroribus obnoxia (§. LVIIIIX. XV.); quod sua sponte sequetur deinde, si formam et essentiam huius imperii, per generalissima principia determinatam explicauerimus; cui si locum dederimus omnia praeципita, quibus prudentissimi saepe retardantur, superare et transcendere possumus. Vtrumque autem effrenos aduersariorum impetus infringere nequeunt, et quas ferocibus lacertis in nos torserunt amenantas hastas ex parte iam declinavimus, (§. cit.) partim in sequentibus excutiemus, ita ut nullum ipsis refugium concedamus, ex quo tamquam ex munimentis insuperabilibus turbare nos possint diutius.

Varia sunt hostium, quos contra disputandum hic nobis erit, agmina ad duplex tamen genus reuocanda. Unum est illorum, qui imperium Fidei in rationem plane negant, eam ob causam, quoniam neque Fidem obiectiuam neque subiectiuam agnoscent, quorum hypothesin erroneam supra reiecamus, cum scripturae necessitatem, quae et fidem subiectiuam iubet, obiectiuam complectitur, demonstrauimus. §. IV-XIII. Alterum est eorum, qui imperium Fidei confitentur quidem, sed vel verbis tantum, vel non illud, de quo nos loquimur, sed falsum et fictitium.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

Probe autem vidimus in limitationi imperii huius vindicatione omne momentum hoc ratiocinio comprehendendi. *Si in Fide ratio est, eaque sufficient, quae rationis usum in diuinis determinat; verum quoque est ut Fidei in rationem competit imperium, quod Apostolus per captiuationem rationis sub Fidem expressit §. XXXII. Quod si euolutum fuerit, illius quod desideramus erimus compotes.* Quemadmodum videlicet imperium sine imperante et obedienti vel subdito cogitari nequit, ita definitur per statum, in quo subditi actiones per imperantis voluntatem determinantur. Si per alterius voluntatem determinantur, habent in eadem rationem sufficientem. Qui determinat est *imperans*, qui actiones secundum imperantis arbitrium deber componere, *subditus*, et obsequium praestare tenetur. Licet hoc ad casum nostrum applicare. Quando Fidei in rationem imperium tribuitur, hoc eo sensu accipitur, ut in Fide contenta sit ratio sufficientis de usu rationis in salutaribus, seu ut Fides rationem determinare debeat, si de rebus, quae salutem nostram constituunt, sermo est. Fides ergo est *imperans*, ratio *subdita*, et illius usus ex Fide institui debet et componi.

Ratio enim sufficientis cum omnia ea complectatur, ex quibus cognoscitur, cur mutatio quedam aut subeunda aut omitenda; ergo et motiva, hinc ipsam ad illam obligationem. Sunt enim motiva causa impulsiva, ad aliquid eligendum aut fugiendum. Ego electio aut fuga aliquius rei exinde cognoscitur, hinc rationi sufficienti adnumeranda sunt.

§. XXXVII.

Quum illud, ex quo perfecte cognosci potest, cur haec vel illa actio aut mutatio suscepta sit, eiusdem rationem

E 3

suffi-

sufficientem continere dicatur, si ex Fide plenario effici poterit, quisnam sit rationis in rebus diuinis usus concedendus, complectitur rationem sufficientem de eo, quomodo, et in quantum ratio in diuinis adhiberi debeat. Ergo illius usum determinat. Hinc ipsi imperare debet ac potest. §. XXXVI Ita vero procedendum hic est, ut quod in genere primo probauimus, sigillatim deinde perpendamus. Ratio non solum finita et limitata, sed etiam corrupta est. §. XII - XV. Hinc periculosus viae salutaris monstrator. Quam ob caussam immediata et supernaturalis voluntatis diuinae revelatio opus fuit §. XVI - XVIII., quae et ea, quae ob limites naturales, et ob insitam nunc corruptionem cognoscere ratio non valebat, nota fecit §. XIX. XXII; optimum et breuissimum nos ordinem edocens, quo initio summae felicitatis fieri possimus participes. His fulcimentis Fides obiectua innitur §. XXXVI, subiectua vero per eamdem producitur Rom. X. 17. quae est dominans et ardentissima versus Deum inclinatio, ex omnium bonorum ab ipso expectatione, quorum complementum secundum ordinem in sacris litteris designatum reperiet. Et quemadmodum diuinitus incendenda est, ita etiam interno habitu ea, quae in sacris litteris pertractata sunt, pro indubuis et optimis salutis aeternae principiis agnoscendi absoluitur. Siquidem a Deo nil nisi optima quaevis exspectat §. XXVI. Quamvis ergo ratio, cuius cognitio non contemnenda equidem, sed angustis tamen terminis inclusa, et naturali corruptione obscurata est, caput elato vultu erigere, et vel ea, quae captum eius superant, tamquam absonta reiicere, vel quae ex parte tantum capere potest, proprio marte ad unguem usque inuiscere velit; Fides tamen effrenis illius et temerariis conamini-

minibus arma ferre obvia potest, et in cancellos mittere. A Deo enim quae reuelata sunt, tanquam optima salutis aerternae consequendae remedia agnoscit et veneratur. Inane sergo rationis machinationes, contra bonitatem sapientiam, et reliqua diuina attributa se exaggerantes destruit, et vela cogit contrahere. Cognoscitur inde, qui Fides rationem adhiberi velit. Hinc in eadem est ratio et quidem sufficiens de legitimo et illegitimo rationis vsu in diuinis. Ergo Fidei competit in rationem imperium.

Ex professo rationis in theologia vsum explicare operam dederunt Cantz in libro de vsu Philosoph. Wolfian. in Theologia; et Mufaeus de vnu rationis. Nostrum non est diuidare quam bene et quam docte proposito satisfecerint. Monendum tantum erit, nos non proxime et immediate de hoc argumento verba facturos esse, quamquam, si Fidei imperium firmum et inconcussum manet, rationis vlus in theologia in genere facile inde poterit deriuari.

§. XXXVIII.

Tripli autem modo hoc imperium Fidei in rationem poterit eluescere. Cognoscitur in credendis, agendis, et sperandis. Ratio Fidei cedere et parere debet in credendo, seu mysteriis. Ad summam enim nostram felicitatem ex ase adsequendam accessit salutis ordo, supernaturaliter in sacris litteris significatus. Qui quemadmodum optimus est §. XVII. ita sine mysteriis esse nequit. Mysteria enim sunt dogmata ad salutem necessaria viribus naturalibus, ignota, idque diuinitus manifestanda. §. XX. Quodsi igitur mysteria ab salutis ordine possent sciungi, aut omnium, quae salutem nostram spectant, rerum cognitio nobis competeteret,

aut

aut eadem ad salutem non forent necessaria. Vtrumque falsum est. Ob cognitionis nostrae praesertim in salutaribus defectus, his auxiliis et adiumentis supernaturalibus opus fuit §. XX. XXI. Si vero mysteria supra naturales nostras vires posita sunt, superant quoque rationem; si rationem transcendunt, nullo vnuquam tempore fieri poterit, vt per rationem ad plenariam et adaequatam mysteriorum scientiam perueniamus. Sola Fides optima sibi salutis remedia, a Deo optime augurans, de eorum veritate certos et conuictos nos reddere potest §. XXVI. Hinc rationi in mysteriorum certitudine confirmando locus non datur, sed cedere et obedire debet Fidei. Per fidem sufficienter determinatum est, quas partes ratio in mysteriis habere debeat, id est plane nullas, si de completa et adaequata illorum, et quae hoc spectant, notione sermo est. Ergo Fides imperare debet rationi in credendo.

§. XXXIX.

Fieri cum nequeat, vt mysteria rationis lumini contraria, licet supra illam locata sint, contradictionium quoque non est hoc Fidei quoad credenda imperium. Ad impossibilia nimurum cum non detur obligatio, si Fides contradictionia credere iuberet, omnis nostra iure cessaret obligatio. Distinguendum tamen est inter absolute et relativae talia. In posteriori contradictionum generē omnino Fidei imperium in rationem competit, non in priori. Relatiue enim sibi contradicunt ea omnia, quorum consensum eam ob causam ignoramus, quod illorum cognitio vires nostras excedit. Cuius generis cum sint mysteria, parendum et obediendum est rationi, licet eorumdem cum naturalibus veritatibus nexus dilucide detegere nequeat. Absolute autem

con-

contradic̄toria sunt, quae nexus plane nullum habent. Similatque ergo de mysteriis in theologia sermo est, subienda est ratio. Quicumque mysteria admittit, operam tamen in veritate illorum apodictice demonstranda collocat, fini suo nimis conuenienter, immo contrarie agit; sibi enim eorum cum cognitis iamiam veritatibus consensum probare proposuit, quorum conuenientiam ob virium imbecillitatem exponere nequit. Cognitio enim nostra cum triplex sit, intuitiva, symbolica, analogica; si mysteria intuitiue cognoscere possemus, ut repreäsentationes illorum in nobis oriorentur necesse foret, hae possent effici per attentionem clariiores. Hinc nobis conceptus clari de iis existerent. Res, de quibus conceptum clarum nobis formare possumus, non sunt supra rationem. Quae sunt supra rationem, notione clara appercipere nequimus. Ergo mysteriorum conceptus adaequati in nobis existere nequeunt. Ergo eadem neque intuitiue cognoscere valemus, neque euidenter symbolice. Omnis hinc de mysteriis nostra cognitio, analogica tantum esse poterit, quae est similiūm praedicamentorum, ex re simili derivatio. Verum enim vero, cum neque dentur duo totaliter similia, neque nobis omnia similia nota esse possint, omnis cognitio analogica est fragmentaria. Hinc omnia, quae per cognitionem symbolicam, de mysteriis scire possumus sunt fragmenta; oriuntur inde contradic̄tiones apparentes. Ergo cognitio nostra naturalis de mysteriis sine contradictionibus esse nequit, per Fidei imperium tolendis et destruendis §. XXXVIII.

§. XL.

Mirifice hic consonant scripturae effata. Paullus ad Ebr. XI. 6. sequenti tenore loquitur: *Qui enim inquit ad F Deum,*

Deum, quemadmodum scilicet in sacris litteris sese manifestauit, Triunum, summa nos bonitate complectentem, per Christum placatum, et ad vniōnem nobis cum i-eundam paratissimum, *venire vult*, *ipſi credendum est Deum*, his praedicatis ornatum, *existere*. De summi enim Numinis, respectu non habito ad ea attributa, quibus per sacras litteras nobis innotuit, existentia, iam per naturae oracula sine Fide certiores fieri possumus. De mysterio autem trinitatis et reliquorum, quae benignitatem et insatiabilem Dei erga homines amorem in infinitum augent, supernaturalium dogmatum veritate, praesertim de restaurata per Christum hominum fature, non item. Illorum certitudinem sola Fides in nobis producit, et producere potest. Sub his igitur attributis Deum Apostolus credi debere adfirmat, contra omnia, quae ratio hic in medium protrahere posset, dubia. Idem ex 1 Cor. I. 23. 24. apparet. Praedicamus inquit Christum, cruci adfixum Iudeis scandalum, Graecis vero stultitiam, ipsis autem vocatis, tam Iudeis quam Graecis, virtutem et Dei sapientiam. Nihil enim aliud indicare vult, quam mysterium, de vniōne nostra cum Deo per Christi redēptionem concilianda, Iudeis ob cordis duri-
tē Petram esse illam offenditionis, de qua Iesaias. VIII. 14. vaticinatus est, quod vaticinium ipse de se seruator optimus explicauit, Matth. XXI. 12. Graecis vero, qui omnium rerum scientiam gloriabantur, nihil quod cum ratione sophistarum, vel centum trixalibus intricata, capere poterant agnoscētes, conformitatem et conuenientiam huius doctrinae cum principiis vniuersalibus non esse intellecturos, sed omnia tanquam absonta et absurdā offenduros. Cum e contrario illis, qui ad salutem vocati, eiusque ordinem per fidem ingressi, summa exinde Dei sapientia et potentia,
qua

qua iis, quae non sunt, iubere potest ut sint, innote-
ficeret. Rom. I. 16. Colos. II. 3.

§. XLI.

Fides imperium tenet in mysteriis. §. XXXIX XL.
XXXVIII. Ergo ratio, et eiusdem per cognitionem ana-
logicam §. XXXIX. applicatio, ad Fidei arbitrium componi
debet. Temeritatis et audaciae est, vel plura, vel talia
praedicata ex re simili deriuare, quam in ea aut continen-
tur, aut fundata sunt; ex iisdem inconsiderate propositio-
nes vniuersales struere, quae reuelatis dogmatibus contraria
sunt; ex spuria et sinistra intentione in illorum explicatione
versari; dubia et difficultates cumulandi caufa, in iis ex-
ponendis operam nauare. Quibus syrribus qui incidentur,
innumeris illaqueantur incommodis, quibus erumpere
facile nequeunt. Etiam si concedatur cognitioni ana-
logiae in mysteriis locum esse, propterea quod tantus in
diuinis distinctionis, et claritatis gradus querendus, quan-
tum per vires nostras adipisci possumus §. VIII. IX; quo-
niam tamen Fides mysteriorum necessitatem, et existentiam
pro certo habet et inconcuso, tantamque, quanta opus
et utilis est, eorumdem notitiam exhibit: sedulo cauen-
dum, ne ea, quae in reuelatione, ceu Fide obiectiva, de
mysteriis memoriae prodira sunt, temerariis additamentis
obscuremus §. XXXIX. aut ineptis disceptationibus et con-
sequentiis in absurdâ inuoluamus. Admonitione tandem
nostra non egit hoc: posse etiam stante Fidei in rationem
imperio, alterum maiorem de mysteriis cognitionem ana-
logicam habere altero. Numquam tamen eo posse ab ho-
minibus perueniri, vt quisquam perfecte se mysterio-
rum cum naturalibus veritatibus nexum introspexisse pro-

F 2

fiteri

fiteri possit. Hinc *vnumquemque* ad Fidei in credendo imperium esse obligatum.

§. XLII.

Ius imperium Fidei in rationem circa eredenda iure eriam ad res facti, quae in sacris litteris narrantur, extenditur. Fidei enim subiectiuae cum exploratum sit, nihil in reuelatione occurrere, quod aut superfluum aut omni omnino vsu destitutum sit, lubentissime quoque narrationum ac relationum veritatem admittit, si modo probari possit, easdem divi spiritus auctoritate litteris esse traditas, quamquam ratio multa habeat, quae illorum veritatem impugnare videntur. Cum enim in genere iniquum sit, eorum certitudinem in dubium vocare, quibus non interesse nobis contigit occasio; ita eo magis vituperanda foret hoc loco regula, sic applicata. Illud sane ad rem nihil facit in multis, quae sacris litteris nobis referuntur, ne vestigium quidem adesse, qui in usum nostrum possint influere. Quamquam enim nos finem illorum proximum ignoremus, inde nullo tamen sequitur modo, ut nullum omnino habeant. Praeterea cum omnibus hominum generibus, eorumque usui composita fuit reuelatio, quem finem in nos non quadrare arbitramur, eundem vel apud alios habet, vel habere potuit. Tendum et hic est; ne sutor ultra crepidam, et quod a sapientioribus iniunctum, illi satagendum, quippe in diuinis non quid, sed quis dixerit quaerendum est.

§. XLIII.

Prima erat haec imperii Fidei species, quae rationis applicationem, quoad credenda composuit §. XXXVIII.

XLII.

XLII. Pergimus ad alteram. Probare annitemur, Fidei imperium in rationem competere quoque circa agendum, quod respectu habito relationum, in quibus actiones constitutae sunt, diuersimode sese exserit. Vel enim ad nosmetipsos, vel ad alios referuntur, priores vel animam, vel corpus, vel statum nostrum externum spectant. Postiores vel erga Deum, vel erga alios homines directae sunt. Omnis autem actio cum ex motiis suscipiatur, ac sine iisdem illa suscipi nequeat, motiua vel ex veritatibus naturalibus proficiscuntur, vel ex reuelatis. Hinc motiua actionum nostrarum in *naturalia* et *reuelata* dispesci poterunt. Motiua *naturalia*, quae per rationem nobis innotescunt, motiua *rationis*; *reuelata* vero, quemadmodum fides complectitur, ita motiua *Fidei* eadem appellare liceat.

De actionibus liberis nos loqui quisque facile potest colligere. Naturales enim cum non sint in nostra potestate, easdem etiam, nec secundum alterius arbitrium instituere possumus, hinc quoad illas non datur imperium. At liberae, cum a voluntata nostra dependeant, eodem modo, quo voluntas determinatur, mutari possunt. Hinc in illas imperium cogitari poterit. Omnem actionem liberam ex motiis fieri inde euincitur, quod motiua efficiunt rationem illarum sufficientem, sine ratione autem sufficiente potest omnino esse nihil. §. XXXVI. obs.

§. XLIV.

Quodsi fuerit irrevocabile, motiua *Fidei*, prae argumentis determinantibus rationis ad agendum, notabilem habere praerogatiuam, euictum quoque erit, *Fidei* in rationem imperium tribuendum esse, quoad agenda. Dicitur enim alio maius, seu prae alio habere praerogatiuam, quod ardenter nos ad agendum impellit. Si nos ardenterius

impellit, magis nos mouet, ad actionem aliquam subeundam, quam aliud motuum, quod non eo gradu nos incitat. Quo enim plura non solum sunt motiva, sed quo ardenter etiam nos ad agendum arcessunt, eo facilius voluntas determinatur. Si ergo motiva determinantia Fidei, ardenter nos ad agendum laceantur, quam argumenta persuasoria rationis, habent prae posterioribus praerogatiuam. Verum si motiva, quae ex Fide desumuntur, ardentiorem dant et fortiorem voluntatis commotionem, quam quae ex naturalibus propositionibus deriuantur; in illis versatur ratio sufficiens, quae motius naturalibus circa agendum partes concedendae sint. Ergo motiva reuelata §. XLIII. quomodo naturalia adhibenda sint determinant. Hinc Fidei competit quoque imperium in agendo. §. XXXVI.

Si quis v. g. eleemosynas eam ob caussam distribueret, ut hominibus innotesceret speciosa sua largitas, ille sine dubio pauperibus bene facere cesseret, si videret adesse neminem, qui illum erga pauperes misericordem esse obseruaret. Sed qui fortuna aduersa miseri cuiusdam commotus, se ad miseriariam aliorum in tantum subleuandam obligari perpendit, quantum per propriam felicitatem fieri potest, stipem dat indigenti, huius ad stipem ergo etiam pauperibus actio ardenteribz nititur motius, quam illius, qui coram hominibus tantum largus videri vult. Sed habent quoque motiva posterioris, prae caussa impulsua prioris, praerogatiuam. Quisque enim facile vider ex motiuis prioris, non sufficienter determinari eleemosynarum legitimam distributionem. Per posteriorem vero iam magis. Interim vtriusque generis motiva sunt naturalia §. XLIV. Qui vero eam ob caussam pauperibus bene vult, quoniam Deus iubet, omnium donorum proximo miseriis adfatto delatorum largissimus remunerator, ex Fidei motiuis agit, et sufficientissime inter omnes officio suo faciet satis.

§. XLV.

§. XLV.

Ex Fide et per Fidem cognoscimus, quomodo nos Deus ad aeternam salutem per Christum capessendam creaverit. Scimus eundem ad vniōnem nobiscum instituendam intimam, esse paratissimum. Conuincimur Deum esse sanctissimum, nec ullum profanum, vniōnem cum ipso posse inire. Christum vero impedimenta, quae hanc nobis fortunam non concedebant, e medio sustulisse; viresque sufficiētes pollicitum esse; spiritum denique sanctum operam suam nemini denegare, qui Fide meritum salvatoris amplectens operationibus suis locum dat. Per Fidem exploratum quoque est, hanc viam ad salutem valde esse angustam, variisque incommode obnoxiam; dulcissimam tamen requiem manere eos, qui calamitates, quas ob Christi nomen perpessi sunt, patienti et confidenti animo tolerarunt. Ipse enim Iehouah lachrymas, ab eorum oculis absterget, qui agnum sequuti, multa incommoda perferre coacti sunt. Fides tandem, alios quoque homines, quorum peccata Christus per oblationem in cruce factam expiauit, summo amore amplectitur. Ergo tantum ipsis exoptat felicitatis gradum, quantum creatoris humanitas cuilibet, quem Christi passio redemit, attribuit. In his continetur fundamentum omnium actionum per Fidem regenitorum. Quod si adcuratius cognitum fuerit, facile cuiuis innotescet motiva Fidei, prae naturalibus, notabili gaudere praerogatiua.

§. XLVI.

Quo maius et praestantius est bonum aliquod, ex quo motiva ad aliiquid obeundum vel intermittendum desumpta sunt, eo flagrantius et ardentius nos illius participes redere

dere enitimus. Ita enim natura nostra comparata est, ut bona quaevis, et inter ea optima semper malimus, quam mala, et quae non eumdem perfectiones gradum habent; ita ut saepius, vel sub bonorum verorum specie, falsa bona et vera mala amplectamur. Iam indubie constat, per rationem aliquam quidem felicitatis particulam nobis permitti, sed neque tantam, quanta ea est, quam in sacris litteris promissam offendimus §. XV. XXI. seq. et de cuius certitudine Fides nos reddit coniuctos, §. XXVI; neque viribus nos sufficientibus instruere, ut qualecumque demum sit, hoc felicitatis genus, euadere tamen illius ne compotes quidem possimus §. XIV. XV. Cum e contrario, quam Fides nobis pollicetur, de aeterna et supernaturali nostra salute, diuina voluntas, ea comites habet remedia, quibus si vni fuerimus, certissime quod numinis benignitas nobis decreuit, perfectionis fastigium, possimus consequi. §. XLV. Quamuis ergo bonis hisce, per ordinem a Deo constitutum, perpetrandis, mixta sint varia mala; et hoc loco verum maneat minus malum, ob maioris boni fruitionem, facile posse perferri. Rebus sic stantibus illi, qui actiones suas ex Fidei motiuis deriuat, maiora bona sunt proposita, quam qui ex motiuis mere naturalibus agit. Quod maius est bonum quod motiuum exhibet, eo fortius ad illius quod commendat fruitionem, mouemur. Morium quod fortius nos mouet, quam aliud, habet praerogatiuam. Ergo moria Fidei, in actionibus eorum, qui Fide praediti sunt, habent prae naturalibus praerogatiuam. §. XLIV.

Veritatem laudent, qui ullam omnino per rationem eius que vires obtinere posse felicitatem inficias cunt. Quamdiu enim non probauerint, per naturae vires non licere, ut plures in nobis perfectiones, quarum intuitu voluptas oriatur,

tur, actuemur, atque in hoc negotio progressus facere possumus; tamdiu etiam in dubium vocari nequit, nos per naturales facultates, non aliqua felicitate posse potiri. Si vero eum infelicem nuncupare volueris, qui quemdam equidem, sed non illum felicitatis gradum, qui obtineri potuit, et cui destinari sumus, adsequuntur est, facile possumus largiri, neminem hoc modo per facultates naturales posse euadere felicem.

§. XLVII.

Summum felicitatis nostrae fastigium vniione cum Deo et Christo, hac vita inchoanda, aeterna perficienda absolutur. Quod qui vera Fide agnoscit, ita actiones suas instituet, ut finis huius nullo sit tempore immemor, omnia sua conamina et suscepta ex hoc argumento, inestimabili omnigenae salutis scaturigine determinans. Hinc in omnibus, quas subit actionibus, aeternam suam salutem, ut finem supremum considerat. Huic actiones omnes adcommodat, siue secum ipso, siue cum aliis ipsi negotium sit, siue statum internum, siue externum spectaueris. Semetipsum coelestis patrimonii haeredem, terrestribus et adparentibus bonis inherere non patitur; animum, qui natura sua ea tantum sectatur, quae vere bona, et saluti ipsius proficerre possunt, inanibus et fucatis rebus saturaturus. Corpus indeprauatum, et eo statu conseruare studebit, quo ad gloriam diuinam efferendam est aptissimum: ea semper fortuna contentus, quam Dei prouidentia ipsi occurrere sapientissime decreuit. Erga Deum summae suae felicitatis instauratorem, flagrantissimo ardebit amore. Quos Deus, simul cum illo, eiusdem fortunae compotes esse voluit, ad illam consequendam adiuuat, et auxiliatur. Obligatio naturalis, quamquam non plane sit inutilis, sed diuersimode commodis eius inseruire possit, numquam tamen ex hoc principio

G

folio

sole sese determinat, ne dum ut se determinare possit. Cum enim ignoti nulla detur cupido, quod rationi bonum incognitum est, illius neque in nobis producere potest adeptum. Ergo neque nos impellere, seu motiva dare, ut huius generis mutationes perpetremus, quibus actuatis, bono hoc frui licebit. Quum igitur longe eminentiora argumenta actionum impulsua habeat, qui Fide est praeditus §. XLIV, omne quidquid fit et agit, ex Fide proficietur. Hinc praerogatiuam motiuorum Fidei p[ro]ae argumentis exractione desuntis agnoscer, hinc Fidei imperium quoad agenda tribuet.

Prout hic de Fide vera et vina sermo est, ita sponte sequitur, ipsi imperium in rationem, in iis tantum rebus competere, quae aeternam nostram salutem, aut immediate decernunt, aut mediate ad hunc finem faciunt. Eae autem res, quae cum hoc scopo non sunt connexae, hue quoque non pertinent. Exemplo ea, quae demonstratum iuimus, illustrabimus. Pone alicui qui Christi nomen profitetur optionem irrogari inter duo haec, ut vel mortem subire, vel seruatori conuiciari debeat. Quid hic eligendum et quomodo agendum. Ratio iubet vitam seruare quandiu fieri potest, nihilque natura nostra magis quam mortem ipsam abhorret. Qui vero seruatoris amorem et studium erga nos, bonum quod nobis conciliauit, mortem ut transitum ad plenariam illius fruitionem, rite perpendit; morti se[nt]e tradere omnino malet, quam quod ingratissimum fore, illum conuicere obruere; qui mortem ita non timuit ut non lubentissime eam pro nobis amplexus sit. Actio haec sese ad statum nostrum externum referr, dependet ab eadem summa nostra salus. Ratio hic longe aliter, quam Fides disputat. Interim qui vera Fide gaudet, Fidei effatum ratione legi anteponet, quoniam hoc modo maius bonum consequi potest. Hoc est tribuit

tribuit Fidei in rationem imperium. Opus non est, ut plura exempla addamus, quae subiungere sine nostra opera quilibet facile potest.

§. XLVIII.

Diiudicari hinc poterunt variii casus, qui oriuntur, si leges naturales, mandatis prouidentiae diuinae in sacris litteris obuiis, repugnare videntur. Cum strictissimo sensu, leges reuelatae, naturalibus repugnant esse nequeant, nemō tamen temere adfirmare audebit, numquam fieri ut leges reuelationis, ea tollere videantur, quae per rationis praecepta iubentur. Quod qui negauerit, ipsi vel quotidianam experientiam opponimus. Non raro sane eiusmodi casus accidere solent. Quam difficile enim est rationi sibi relictae cognitu, nobis per multas angustias in regnum coeleste introendum esse; Deum eos variis calamitatibus adficere quos diligit, quod tamen non solum explicite Act. XIV. 22. Matth. X. 38. Apoc. III. 19. adseratum est; verum etiam qui curiosius ad eorum vitae genitus attendit, qui Deo ex Fide et veritate iuferiunt, facile animaduerteret, paucissimos eorum ira vixisse, ut omnium omnino incommodorum et calamitatum fuerint expertes. Vbi tandem per rationis praecepta iniunctum est, vitam pro fratribus dare victimam? Adeamus denique ipsi mandata, quae ipse omnis veritatis auctor, optimus Seruator in sermone, quem in monte ad populum habuit, quemque per Matth. V. memoriae tradi curauit, sapientissime fanciuit. Quis demum exponere poterit haec officia eorumque exercitium ex veritatibus naturalibus demonstrari posse? Fatendum potius est, omnia haec mandata, illi, qui rationis trutina ea, ad quae obligamur, tantum perpendere solet, necessario absonta et absurdâ appa-

rere, nedum vt in mentem ipsi venire possint, etiamsi omnes suas vires excuerit. Sola Fides illorum necessitatem et usum exponit, ac sufficientia offert, ad illa fiscipienda motua, quum contraria rationi videantur.

Nimis a scopo nostro aberraremus, si sigillatim probare vellemus, quo modo fieret, vt Fides in omnibus istis, quibus praecpta diuina naturalibus contrariari videntur, summam teneat. Satis est, nisi confuetos huius generis scriptorum limites transgredi volumus, vt principia subducantur, ex quibus facili negotio reliqua suppleri et perspici possunt.

§. XLIX.

Fidei demum conuenit imperium in rationem respectu sperandorum. §. XXXIX. *Speramus*, si nobis, boni cuiusdam usus facile nos fieri posse participes, repraesentamus. Hinc omnes res possimus sperare, ad quas consequendas vires nostrae satagunt. Ea vero, quae supra vires nostras posita sunt, spem nostram superant, et sperari nequeunt, nisi diuinitus et supernaturali modo, facultates nostrae aptae redditae fuerint. Spes itaque, quemadmodum inter affectus iucundos numeranda est, ita nos in omni tristitia et angustiis subleuat et consolatur. Omne enim malum facilius superatur, si nobis persuadere possimus fore, vt breui tempore post Nubila nos Phoebus arrideat. Suminus spei gradus dicitur *Fiducia*, quae igitur completa certitudine, de indubitata et ineunda boni cuiusdam fruitione absolvitur. Vbi ergo Fiducia ibi spes, sed non vice versa.

Origo spei in sufficientia et insufficientia virium nostrarum ponitur. Similatque enim propositum nobis est, sine quodam, vt bono potiri, simulac etiam de mediis, quibus eundem possimus consequi, cogitari solet. Haec media sunt vel paria, vel non: si posterius, ne species quidem spei oriri poterit

terit, sine mediis enim non habetur finis. Si prius, media haec per vires nostras producere possumus, vel non. Priori modo datur spes de bono consequendo. Posteriori casu, nisi aliorum auxilium nos sustentauerit, nulla.

§. L.

Vbi Fides, ibi Fiducia §. XXVI. Vbi Fiducia, ibi Spes §. XLIX. Quae spes cum Fide coniuncta sumnum certitudinis gradum cum habeat; §. XXVI. (loquimur enim de Fide vera et via.) ita omnia ea, quibus ratio requiem animi in Deo adquiescentis turbare tentat, frustra sunt et collabuntur. Fides bonam semper, confidentem ac contra exspectationem, et inanem rationis prospicientiam, immobilem mentem producit. Quaelibet enim bona a Dei benignitate exspectamus, probe gnari, nos omni promerito, coram Deo esse destitutos, quaecumque ab eodem ex gratia speramus. Rom. III. 23. Hinc cum omnia illi, qui potest credere, sint possibilia, Marc. XX. 23. seu viribus eius non contradicentia, easdemque superantia, quaelibet quoque per spiritus cooperantis opem poteat exspectare, quorum exspectatione ille destitutus, qui viribus naturalibus vtitur §. XLIX. Quibus sic se habentibus, per Fidem determinatur, quomodo ratio in sperandis bonis futuris Fidei debeat cedere, seu Fidei competere imperium in rationem, quoad speranda.

Marc. IX. 23. de Fide saluifica non miraculosa inferri sermonem, e nexu, quo Christi effatum constitutum est, facile patet. Quærerit enim optimus seruator ex patre pueri, quem spiritus mutus cruciabat, utrum tantum Fiduciae in auxilio suo possit collocare, ut suo iussu spiritus mutus emigraret. Qua ratione autem hoc ad miraculostam fidem proxime referendum sit, plane non video. Exemplum flagrantissimum sane in hoc officio exercendo nobis Dauid praecivit, cuius in

maxime ambiguis eventibus magnanimitas, et in diuinam voluntatem requiescentia, omnes aduersiorum impetus deuicit, qui quantum ratio augurabatur, finalem ipsi, et totalem interitum struere videbantur. Conferri possunt Ps. XCIV.
10. XXIII. I. XXVII. I. et reliq.

§. LI.

Potissimum vero, maximaे huic Spei ex Fide vera oriundae, conferendae sunt partes, respectu futurorum, et eorum, quae nos post hanc vitam manent. Hoc saltem experientia nos omnes docet, nemini non ad terram, unde profectus est, esse redeundum. Quod deinde nobis satum impendear, id diuersimodi quidem coniecturis praecipere, sed non ita exquiree possumus prout in rebus, per quas futurus noster status determinatur, necesse est. Oedipo sane coniectore hic opus est. Sapientiae diuinæ repugnare videmus homines creasse, ut post breve spatium, eosdem in aeternum puluerem sepelire et occultare possit. Iustitiae et sanctitati illius est incongruum, hominum mores, quos non in praesenti saeculo omni ex parre vltus est, aut remuneratus, sempiternæ obliuioni tradere. Non improbabiliter inde concludimus futuri saeculi existentiam, ita tamen semper comparatam, ut formido oppositi requiem, quam inde quaesiuimus, obscuret aut plane supprimat. Quicumque enim non plane in doctrina, quae animi nostri naturam exponit, hospes est, quid solatii capere possumus, si futurarum nos incertitudo adfligit, ipse non ignorabit. Quamdiu interim modus, quo corpora post animæ separationem, per corruptionem et putrefactionem in puluisculos resoluta, restituī in integrum, et cum anima reuniri queant, nos latebit: tamdiu quoque negandum erit, nos ex naturali-

turalibus principiis de futuris bene posse sperare; quo si sumus orbati, infelicissime profecto de nobis actum est. Quid enim est tristius, quam si verendum nobis est, mortem felicitati nostrae finem imponere? Quamvis nimirum animum immortalem esse rationi optime constet, quamvis concedendum sit fieri posse, ut diuina omnipotencia, mortalia animae tabernacula resusciter, attamen hanc animi cum corpore, quod inhabitauit, olim reunitiorem, ob boni remunerationem, mali vltionem, certo esse euenturam, nemo, nisi qui Fidei imperio sese mancipaverit, indubio affirmare et exspectare poterit. Nostra vide licet resuscitatio cum Christi resurrectione ita coniuncta est, vt haec sine illa esse nequeat, teste Apostolo 1 Cor. XV. 14. 17. Sic etiam de reliquis, quae resurrectionem sequuntur. Quemadmodum ergo per Fidem nouimus Christum resurrectioni, per mortem et resurrectionem suam, diuinam Fidem, nobis vero, ne in peccatis aeternum moriamur sed vitae aeternae evadamus particeps, facultatem conciliasse: ita etiam per fidem bene et confidenter sperare possumus, circa ea, quae post hoc saeculum subsequuntur, contra omnes rationis obiectiones.

§. LII.

Quodsi igitur omnia, quae huc usque prolati sunt, de Fidei in rationem imperio, debita lance perpendantur, sine ullis adparebit difficultibus, Fidem et obiectiuam et subiectiuam §. XXVI. hic simul sumi, quemadmodum et ratio subiectiuam et obiectiuam intelligitur. Sicuri enim Fides subiectiuam, est obiectiuae, ope spiritus sancti, productio, Rom. X. 17. adeoque habitus, ex supernaturali, qua posterior pol-

pollet, vi et efficacia oriundus, ita quaecumque subiectiuam credit, illa eam ob causam acceptat, et tamquam veris adsentitur, quoniam per obiectiuam, seu verbum Dei, omnium fallaciarum et arguiarum expers, sic determinata sunt. Ex Fide obiectiuam cognoscitur, quare ratio tam subiectiuam quam obiectiuam subdita esse debeat Fidei subiectiuae, quae est habitus, ea quae diuinitus reuelata sunt tamquam optima salutis nostrae remedia iudicandi §. XXXVII. Hinc Fides utraque, si de illius in rationem Imperio mentio fit, sumitur. Fides autem rationi imperans non solum docet qui veritates rationis adhibendas sint, et quatenus in censem venire possint, verum etiam quousque licitum sit, veritatum reuelatarum cum naturalibus nexum conquirere, et exinde de falsitate, aut veritate illarum iudicium ferre. Hinc et subiectiuae et obiectiuae rationi imperat. §. V.

Est equidem spiritus sanctus Fidei diuinae instaurator, adeoque causa primaria, Fidei subiectiuae, sed non immediate hoc facit, sed per Fidem obiectiuam seu verbum Dei 1 Thes. II. 13, 1 Cor. II. 4. 5. Rom. I. 16. XV. 18.; quod diuina pollet virtute, non naturali solum, ut aliae orationes, sed supernaturali etiam in effectibus spiritualibus se se exserente. Hinc Luc. VIII. 4. feminis, vi in fructus erumpendi praedito; 1 Petr. I. 23. Iacob. I. 18. Ies. LV. 10. 11. niui, et pluviae comparatur verbum diuinum. Confer et hic Summi Venerab. Praef. Theol. Dogm. Art. X. §. 7. Thes. XI. et Budd. inst. Theol. Dogm. Lib. I. Cap. II. §. XVII. XVIII. p. 75. 76.

§. LIII.

Quantum vero abest, ut aliorum conscientiae habendas iniici committamus, eo minus hoc admonitione indigebit,
vt rā-

ut rationis obsequium, non alterius, sed propriae Fidei praestari debeat. Taceamus enim, illos qui aliorum Fidei obtemperandum esse adfirmant, inconsulto et sine ratione sufficiente ea adstruere, quae probare nequeunt. Ea rantum in iudicium vocabimus, quae absolute impediunt, quo minus eorum sententia salua possit manere. Si aliorum, non propriae Fidei in nostram rationem competenter imperium, per illius Fidem eamque subiectiuam, §. XVI. determinarerur necesse forer, rationis usus in iis, quae sine fide cognosci nequeunt. §. XXXVI. Verum enim vero cum accidere posset, ut alterius ratio, vel sit latior et vastior, vel angustior mea, mihi in quibusdam casibus ratio erit captiuanda sub Fidem, in quibus alter rationem et Fidem optime consentire videt, et vice versa in casu opposito. Pari modo cum Fidei dentur gradus, quemadmodum habitus omnes diuersi sunt, quatenus per saepius repetitum exercitium adauerti sunt, vel non; ita iterum etiam si Fides mea vera sit, alter ardentius et fortius, de mediis, quae ordinem salutis constituunt, potest esse coniunctus, quam ipse ego in quo Fides nondum tantam virtutem consequuta est. Hinc fieri potest, ut alter ex motiuis sufficientibus rationem ut Fidei cedar cogere possit, quum mea ratio, eo quod vel argumentis obsequium illius flagitantibus plane destituitur; vel alia habet, ex quibus agit; vel omnino non, vel coacta tamen debeat obtemperare. Hinc semper tamen residua forrent, quae cum Fide non penitus conspirarent. Ergo de esset illius imperium. Imperante enim Fide, omnes difficultates remouentur. Hinc per alterius Fidem mea ratio ad obtemperandum arcessi nequit. Ergo per propriam illud intelligendum, ita ut §. XXXVIII-XLIX. iuimus demonstratum.

Ea, quae hic pro Lemmatibus receperimus,¹ partim in doctrina de viribus intellectus humani, partim in Theologia Dogmatica confirmata sunt. De eo praesertim, ut Fides, etiam vera et saluifica, gradus habeat diuersos, Sum. V. Praef. Theol. Dogm. Art. XVI. §. 7. Thes. I. et scripturae effatae videantur, quibus vel exempla narrantur, quae Fidei maiorem prae alia gradum, significant, Math. VIII. 10. Luc. VII. 9. vel quibus gradus quidam indicantur Ebr. X. 22. Act. VIII. 37. Rom. X. 10.

§. LIV.

Ratio itaque subiectum agens est, tam in examinando Fidei praescripto, seu vero reuelationis sensu, in iis quibus locis potest, inueniendo, quam in obtemperando. Tantum enim nos obligatio, veritates de salute nostra tam distincte et clare cognoscendi: quantum per virium nostrorum conditionem haberi potest. Ad hunc scopum ratio omnino partes suas confert. §. VIII. Nullo hinc modo illatum esse poterit, per rationis vires id etiam conari, ut tum de Fidei obiectuiae effatis, tum de subiectuiae officiis, certo reddamus coniecti. At cum neque omnia dogmata ex ratione patescant; §. XXI. XXII. neque a conuenientia interpretationis praescriptorum Fidei, cum principiis naturalibus, ita ut ratio principium diiudicandi, et Lapis quasi Lydius scripturae sit, ad illius veritatem concludi potest; sed ex Fide cognoscitur cur ratio obrempere debeat Fidei §. XXXIX. seqq. Quod enim alii somniarunt, scripturae et Fidei in eadem cotentae mandata, per propria virorum sacrorum effata, subiicienda esse examini, quod exclusive & necessario rationi competenteret, illud ipsum eam ob caussam falsissimum est. Scriptura ex scriptura interpretanda. Rationis

tionis subsidia hic non negligenda. Primas autem ipsi qui tribuunt, hauriunt aquam cribro, et illorum diiudicacionem ex iis principiis deducere cupiunt, ex quibus deriuari nullo pacto potest §. XXI. XXII. ac contra Fidei imperium agunt. §. XXXVIII. seq. Id quidem, quod in hac disceptatione nobis obtrudunt munimentum ex Rom. XII. 1. exstruetum, ita sonans: *si cultus diuinus rationalis esse debet, ratio quoque est, omnium veritatum quae cultum diuinam efficiunt diiudicandi principium; id roboris non habet, quod sibi hariolantur.* Diuini Numinis cultus, rationi conformis omnino esse debet, et est, dum nihil absurdum contra rationem continet. Sed exinde non consequitur, nihil supra rationem in eodem debere offendit, quod certissimum potius est reuelationis criterium §. XXIII. Quod vero est supra rationem, de iis ratio iudicare nequit. De quo iudicium ferre nequit, illius quoque principium esse non potest. Nedum ut sinistre denique ipsum oraculum interpretentur. *λογικος* enim subiectum cultus diuini respicit, in opposito cultus Dei carnalis, cum vera religio in rationali & libera traditione erga Deum ponatur.

Propugnarunt hunc errorem Arminiani et Sociniani, eam ob causam ut mysteria in dubium vocarent, quas illorum systema omnino respuebat. Eiusdem suspicionis doctores quidam ecclesiae reformatae se se reddiderunt obnoxios, propterea quod eius generis principia in systematibus adhuc fuerunt, quae hunc abortum souere videbantur. Explicite vero a nemine defensum esse, exploratum est.

§. LV.

Erros autem aliorum, qui circa hoc Fidei in ratione imperium, a veritatis deflexerunt tramite, non vnius sunt generis, prout diuersos fontes et fundamenta habent.

H 2

Nimis

Nimis prolixum scriptum nostrum euaderet, si omnia illorum genera adducere, et quemadmodum merentur reicepit propositum esset. Hinc ea potissimum e medio illorum protrahemus, quae et a plurimis, et non sine ulla specie contra nos defendi solent. Reliquorum pondus, vel non ita graue est, vel per praemissa dogmata, absque ulla negotio possunt expelli. Nemo sane eorum, qui Christi nomen profitentur, et reuelato ab ipso ordini salutis subscribunt, eo facile delabitur, vt hoc Fidei imperium hostilibus armis, plane et aperre tollere audeat. Omnes ferme in eo consentiunt, obtemperandum esse Fidei, sed in eo discidunt, si de subiectis in hoc imperio occurrentibus quaeritur. Hoc modo alii, quorum interfuit hunc errorum alere, & quibus in mentem venit, omnia supra rationem posita dogmata ex reuelatione exterminare, captiuationem rationis sub Fidem, non de ratione sana, sed de falsa praedicaverunt et erronea. Eos vero hoc admonebimus rationem falsam & erroribus obnoxiam, per naturam suam in censum hic venire non posse, minime omnium si de rebus tanti momenti sermo est. Hinc neque Fide opus esse, quae inanes illius machinationes dispergat, & dilapidet, siquidem per se ipsum refutatur. Quodcumque enim per se et absolute falsum est, illud exemplo reiicimus, si de illius falsitate conuincimur. Ea autem, quae erronee, vt vera aut bona cognoscimus, esse falsa et mala tum constat, si sentimus, principiis vniuersalibus, & perfectionis nostrae curae, repugnare. Ratio erronea ex confusione & commixtione idearum trahit originem. §. VI. Quae si tollitur, conceptus nobis distincti et completi adquiruntur, quibus si vtrinque, falsitatem iudiciorum possimus inuisere, & quae ante

tea ut bona vel vera amplexi sumus, ea nunc ut falsa et mala linquimus, et reicimus. Hinc sine Fidei ope erroneae rationis molimenta superantur. Errant ergo, qui Fidem rationi, quae erroribus agitatur, imperare venditant, eo quod nullus ipsi locus datur et ex se ipsa potest refelli. Quae supra de hoc argumento demonstratum iuimus, luce clarus meridiana hoc comprobant. Ibi enim quae stabilius non de ratione erronea, sed sana, cuius notionem §. V. exhibuimus, valent.

§. LVI.

Similes sunt his, qui rationem equidem sub Fidei imperium redigendam esse largiuntur, sed hoc eam ob causam fieri debere autemant, quod Fidei est adversaria. Quorum prosyllogismus cum fundamentum non habeat, sed veritatibus supra enucleatis inconueniens sit. §. XXII. eo minus, quo tendunt intrabunt, quo magis illorum imprudentia vituperanda videtur, qui paratissimi semper sunt, iis in locis innumeras contradictionum cateruas numerare, quorum intimum consensum consulto inuisere aut nolunt, aut propter male conceptas opiniones nequeunt. Neque vero Fides iubere potest, nec iuber, ut ea, quae per rationem absolute sunt contradictionia, ut vera credamus et agnoscamus. §. XXXIX. siquidem vel summa Dei omnipotentia ea actuari nequit, quae per se sunt impossibilia, cumque principiis generalissimis conformari nequeant. Ergo nec Fides nobis illorum frumentum, tamquam certo futuram, potest polliceri. Quae itaque per rationem impliciter, ad ea quoque extendere Fidei imperium fese nequit. §. XXXIX. seqq. Ergo erroneum est, eorum de Fidei imperio iudici-

H 3

um, qui

um, qui illud eam ob caussam Fidei concedendum esse declarant, quod ratio ipsi contrariatur. Peccant in hoc plurimi, qui imaginationi nimis confidunt. Hi fere sunt, qui sibi met ipsis systema de salute nostra prouehenda, precario componunt sacris et vniuersalibus principiis rationis omnino contrarium. Quod cum numquam ex votis suis defendi posse sentiunt, ad captiuationem rationis sub Fidem prouocant, cum potius illorum nimis effrenatum ingenium & indomitum in debitos carceres mitterent.

§. LVII.

Comiseratione autem magis quam refutatione dignividetur ii, quorum vel nudum rationis nomen bilem commouere, et infensissimos iis omnibus reddere potest, quae ex eius ambitu proficiscuntur. Conicere quilibet facile poterit, quod tandem diuerticulum hoc hominum genus sibi hic aperiri, fuerit vaticinatum. Non amplius pra se ferunt, imperium Fidei, omnem omnino rationis usum excludere. Hanc gentem vix ac ne vix quidem ad frugem reuocari posse existimamus. Cum supra iamiam illorum recessum demoliri operam nauauimus §. IX. X. nunc non acta agemus. Interim quemadmodum vulgaris ipsis mos esse solet, ut quidquid in buccam venerit, nulla habita discriminis et veritatis ratione, edant, et communis iuris faciant, notissimum illud: in verbis simus faciles, sequuturi tamquam symbolum; ita hic breuibus tetigisse, quam longe ab omni usu loquendi boni viri recedant, pigere nos non poterit. Quid enim minus acumine indiget, quam duo haec: *Fidem rationem tollere, & Fidem rationi imperare*, toto coelo distare.

Qui

Qui fieri poterit, ut Fides rationis usum in salutaribus componere et dirigere possit, §. XXXVI. si eiusdem applicatio in genere est remouenda? Verum Theosophorum, ut appellari volunt, scripta non solum ubiuis luculentissima huius contradictorii erroris, vestigia tradunt, sed mirifice etiam testantur, quo deferri homo possit, qui ambobus oculis captus, rationi nuntium reminitur, et crassissimis tenebris involutus, imaginationis intempestiuos abortus, tamquam euangelia veneratur, et nisi verbo diuino anteponit, aequales tamen ipsis partes tribuit, coelum et terram mouens, si immaturis et deformibus sensis optatus denegatur adsen-sus. Quum vero dolus, et acuta plerumque fraus huius farraginis scaturigo sit, eo serius ipsis occurrentum est, quo impudentius nobis sub hoc titulo ea pertinaciter tamquam ex tripode dicta, obtrudunt, quae aegrota mens somniant: vix ullo alio remedio, quam Iuuinalis acerrima lixivia, ad meloria reuocanda.

§. LVIII.

Quae restant adhuc illorum, qui a vero tramite aberrantes in deuia praecipitant species, vel tantum momenti non habent, vel ipsae primo imperio cornua infringunt, et robur omne amittunt, adeoque longiori oratione non erunt recensendae; sed eorum potius malitia accusanda qui blandis equidem verbis imperium hoc fateri videntur, re autem ipsa non admittunt. Quorum mens cum non ex verbis diiudicari possit, eo maiorem prospicaciam requirunt, quo grauiora incommoda illis auctoribus in disciplinam sanctiorem promanare solent. Plerumuis enim fortissimi sunt Fidei huius imperii promachi, illudque stringentissimis rationibus, ab ipsis

ipſis propugnari, haberi volunt: ſub hoc vero prætextu ſimpliciores vel mille argutiis et subtilitatibus, omni pietati, ve-roque numinis cultui e diametro aduersariis irretiunt, cuius tamen ſuspicionem in ipſos non cadere preeferunt, Fidei ſcilicet quod Fidei eft, perfidioſe attribuentes. Sicuti Finis, quem infelici huic negotio praefixum habent, diuerſus eſſe ſoler, ita quidam, rem ſuam tam vafre agere ſciunt, vt profaniffimam cauſſam iis, quae maximam pietatis et religionis ſpeciem ſimulant, coloribus obducere didice-rint. Accenſendus huic claffi, ni fallimur, eft, quem ſae-pius nominauiimus Baylius. Nemo ſane, qui quodam locoſ ex scriptis illius, extra nexum conſtitutos, legerit, an-guem in herba latere facile detexerit. Verba, quibus Fidei in rationem triumphum ad coelum vsque laudibus effert, mi-nimime omnium eam ob cauſſam, tam ſollicitate erant con-quifita, vt reuerentiae, qua erga diuinam ſalutis regulam fla-grare volebat, eſſent reſtes, ſed longe aliud reſpexiſſe vi-dentur. Omnem enim operam cum nauaret, vt Fi-dei & rationis pugnam probaret, ſi minutiffima quea-uis compilauerat, quae ſpeciem tantum fini ſuo addere poterant, eo, glaucoma prudentibus obducere cu-pit, ſi prioris in posteriorem *Triumphum* machinatur. Mo-dum ſane excederemus, ſi Baylio acumen, quod alias ſatis declarauit, defuſſe adſereremus, cuius ope inno-tescere ipſi potuſſet, ad absolute contradictoria non dari obligationem. Ergo nec Fidem ſupra ea, quae ratio ipſi con-tradisputat, poſſe triumphare. Verum quam proxi-me argutiis et ſophiſmatibus ſuis metam contingere geſti-uerit, id aliorum diſceptationi relinquere malumus, quam in conſulto obſeruantiam caeteris illius promeritis debitam
lae-

laedere. Complures sane sunt, qui eiusdem vestigia pre-
munt, quos tamen sigillatim restringere, scripti nostri par-
tim limites prohibent, neque cordatores deerunt, qui pro-
uidebunt, ne quid detrimenti exinde capiat res Christiano-
rum publica.

Quam Iohannes Epist. I. Cap. V. 4. Fidei victoriam tri-
buit, ea a Fidei imperio longissime differt, et temere cum
codem commisceretur. subsequens enim epitheton luculen-
tius demonstrat, non de Fide triumphante in rationem ut
inimicam, sed de Fide, victoriam erga mundum deportante,
hic esse sermonem. Mundus vero quallem significatum & in
sacris literis in genere, et hoc loco habere possit et debeat,
neminem facile fugerit. Hic enim Apostolum de Fide, qua-
tenus carnales cupiditates, et terrestrium rerum speciosum
valde allectum spernit et vincit sermocinari, contextus uber-
rime docet.

SECTIO TERTIA,

**QVAE PROBAT FIDEI IMPE-
RIVM ESSE RATIONI CONFORME.**

§. LIX.

Sic altera quoque operis nostri particula confecta est. Ter-
tia nobis restat, quae est, ut eniētum illud reddatur, *Fidei in rationem imperium esse rationi conforme* §. II. Eorum ma-
xime causa huic negotio reliquum spatium dicandum vide-
tur, qui adsensum, quem alicui rei tribuere inuitantur,
secundum rationalitatem, ut philosophis loquendi mos est,
metiuntur. Quamquam vero istud, ipsa, quam in tracta-
tione sequuti sumus methodus, satis superque posset con-

firmare, adeoque sapientibus, etiam si hoc praetereuntes silentio, colophonem scripto imponeremus, non foret obstaculo: quoniam tamen sapientum plerumque pars solet esse minima, plurimi vero ducuntur opinionibus, ut omnibus fiat satis, quam nobis lectorum benivolentia adhuc dabit veniam huic rei impertiemur. Rationis quidem usum in pendendis officiis nostris per reuelationem determinatis, non esse in genere illicitum, supra iam assertum est. §. IX. LVI. Ita vero concludere, hoc vel illud officium cum ratione consentire, non possum perspicere, semperque de illius cum ratione conformitate ad eiusdem veritatem, et nostram obligationem concludere, praecepitum est, ipsi Fidei imperio contrarium et infensum. Largiamur vero idque ad tempus, licet non concedamus, ratiocinii huius veritatem, ut eo felicius, et eorum audaciae obuiam iri possit, qui sibi persuasum habent, hoc imperium esse rationi inconueniens, et omnino incongruum. Atque cum in praegressis iamiam multa, quae huc faciunt, explicara fuerint, eo breuiores esse licebit, ne qui huiuscmodi lucrubationibus demandati sunt termini, nimis irreuerenter transgrediamur. Ea enim copiose recensere, quae in doctrina de rerum caussis, et principiis generalibus prohibentur, et in hoc capite vel praesumenda vel conferenda sunt, et scopo nostro aduersatur, et promissis non conuenit.

§. LX.

Si subiecto cuidam praedicatum aliquod aut conuenire aut non conuenire ponimus, ferimus iudicium. Hoc iudicium, vel cum aliis veritaribus potest coniungi, adeoque cum iisdem esse in nexu, vel non. Priori casu cum illis *consentit*, posteriori *re-pugnat*.

pugnat. Quocunque ergo iudicium, non solum cum aliis propositionibus, simul poni potest, verum etiam per easdem determinatur, cum illis consentit. Quod cum ratione, et veritatibus inde euictis consentir, rationi conforme est, seu rationale. Duo igitur haec, si de Fidei in rationem imperio plana facta fuerint: 1) Illud cum veritatibus, quae ex rationis lumine notae sunt, simul posse poni, absque contradictione; 2) per easdem certissime determinari: indubium quoque erit, illud esse rationale. Quae enim involunt, sunt contra rationem, adeoque ad ambitum illius non pertinent, qui complexu veritatum, in arctissimo nexus inuicem constitutarum, absolvitur. Quod autem iudicium ex aliis rationis principiis potest deriuari, per eadem determinatur. Omnes igitur veritates cum proxime inuicem coniunctae sint, vna alteram determinat, et quaecumque ita est determinata, rationi erit conformis.

Sic si de Fide, tamquam de subiecto, adserimus, ipsis conuenire in rationem imperium, oritur iudicium. Ex illius cum reliquis principiis rationis conuenientia, aut disconuenientia, diuidicanda est, ciudem vel rationabilitas vel irrationabilitas. Si vero ad rationabilitatem non solum contradictionis absentia, verum etiam, vt per ipsum veritatum rationalium nexus determinetur, requirimus, id eo fit respectu, vt ab eo quoque discernatur: quod supra rationem positum nuncupant, suprationalia, quamvis respectu huius rationalia dici queant, vt contradictione non laborent, alterum tamen deest criterium. Fidei autem imperium non solum non contradictorium, sed neque supra rationem est.

§. LXI.

Propositio: *Fidei competit in rationem imperium, absque contra-*

I 2

tra-

tradictione, vna cum aliis, quae ratio obiectua docet, ponni potest, adeoque ipsi non repugnat. §. LX. Contradicторia enim cum sint, si posito uno tollitur alterum, et vice versa: si efficitur per Fidei imperium non aliud officium, cuius nobis obseruatio incumbit, tolli, atque disrumpi, neque illud alii veritati salutari contrariari, irreuocabile est idem non esse contradictorium, aut rationi repugnans, ergo conforme; quod variis modis euinci poterit. Ipsum enim subiectum praedicato conuenire, nec hoc per illud subueri, anteriora satis superque docent, quibus hoc imperium demonstratum iuimus, quod fieri non poruisset, si subiectum cum praedicato inuoluisset. Contradicторiis enim, vel maxime strenua demonstratio veritatem conciliare nequit. Quo scilicet patrato officio, ad summum certitudinis gradum euehimur in iis, quae de salute nostra memoriae tradita sunt, non proletarium; illud per alia officia in cassum reduci non posse, etiam a priori iam liquerit. Quam enim ratione conforme est, vt de salutarium distincta, vera, et quanta ad vitam sufficiens est, cognitione simus solliciti: tantum quoque abest vt ea subsidia, quorum vsu huic officio satis possimus facere, eidem sint inconsentanea aut inconuenientia. Inter quae cum Fidei imperium omnino vt optimum referendum sit. §. XXXVIII-XLIX. quidquid in genere valet, de hoc eo minus in dubium vocari poterit, quo euidentins exempla in contrarium, damnum inde redundans comprobant. Ea omnia, quae ab adversariis contra disperantur, eius generis sunt, vt examen sustinere haud valeant. Vel enim falsum et non genuinum sibi machinantur imperium, quod vt natura sua rationi incongruum est, ita illud defendere nolumus; vel cuius rationabili-

nabilitatem ob inherentia ipsis praeiudicia cognoscere non possunt, absolute villam habere negant.

Veritates qua veritates cum nunquam sibi possint contradicere, simulaque conceditur demonstrationem, quam de Fidei imperio induximus, regulis Logisticis esse conuenientem, concessum quoque est, illud esse verum. Si verum est, reliquis veritatis non repugnat, si non repugnat, consentit; si consentit, est ipsis conforme, ergo rationale. Quicunque ergo largitur, posse hoc Fidei imperium ex principiis sufficientibus demonstrari, illius cum ratione conformitatem negare nequit.

§. LXII.

Altera, qua iudicium, quod rationi conforme dicitur, instructa esse debet nota, ea est, ut per alias rationis veritates sufficienter sit determinatum. §. LX. Quocumque alterius rationem sufficientem comprehendit, alterum determinat. Quod si ergo ex rationis dogmatibus complete et adaequate huius imperii necessitas poterit euoluti, complectuntur imperii Fidei rationem sufficientem. Ergo per eadem determinatur, Fidem debere imperare rationi. Extra omnem igitur dubitationis aleam cum sit, ut eae ipsae doctrinae, quibus in anteriori demonstratione usi sumus, ex rationis obiectuac ambitu non solum desumptae sint, sed etiam viribus subiectuac cognosci possint, inficias ire nemo poterit, hoc imperium per easdem determinari. Ex rationis enim principiis nouimus, vires nostras esse limitatas atque depravatas; nouimus Deum amore erga nos commutum flagrantissimo, in quibus versabamur tenebris, reuelationis lucem nobis concessisse, cui ut omnimodam debemus

reuerentiam, ita est Fide omnino dignissima, omnigena-
que bona pollicetur, quae omnem rationis captum tran-
scendunt, sola Fide capessenda. Ipsa quoque cum nos na-
tura doceat, vt iis subsidii potiri studeamus, quorum usus
nos reddere potest felicissimos; imponit etiam Fidei stu-
dium, quae itaque vt rationis usum determinat, ita impe-
rium tenet, per propria sic rationis principia determina-
tum. Ergo et alterum rationalitatis criterium habet. §. LX.

Opus vix esse videtur hic rationis in *subiectam*, &
excitatam discrimine, quod Canzius in regim. Dei vniuer-
fali §. DCCCCXCI. notauit. Quorum videlicet nexum in-
tuemur, vel ex meris viribus naturalibus, et solis rationis
objectione principiis cognoscimus; vel in coniunctione cum
dogmatibus reuelatis. Hanc excitatam, illam sibi *reliefam* ap-
pellant. Vbi non negamus, quaedam in huius imperii de-
monstracione occurrere, quae non facile cuilibet, viribus et
principiis naturalibus solum inherenter obvia sunt. Verum
cum a potiori fieri soleat denominatio, nimis subtiliores esse
in notionibus hisce enucleandis et computandis nolumus.

§. LXIII.

Omnes actiones et mutationes, ad quas subeundas
aut omittendas sumus obligati, sub *officiorum* nomine veni-
unt. Iam tangere nos constat obligationem id prospiciendi,
vt ratio Fidei dicto sit audiens, idque tam in credendo §.
XXXVIII-XLII. quam in agendo, §. XLV-XLVIII. et spe-
rando, §. XLIX-LII. per motiva, partim ab ipsis, quae
nobis inde exsurgunt commodis et praerogatiis, partim
a mandato diuino desumpta. Ergo nostrum est officium eo
esse intentos, vt Fides imperium in rationem exerceat. Ex-
inde

inde vero etiam nihil prouius sequitur, quam hoc, esse hoc imperium necessario rationale. Impossibilia enim et contradictionia, cum omnem excutiant obligationem, simulaque ex principiis sufficientibus liquer, actionem aliquam esse nostri officii, simulac negari non posset, illius susceptionem aut omissionem non solum non inuoluere, verum per motiu quoque et argumenta determinantia absolute requiri. Hinc utrumque criterium de conformitate iudicij cum ratione adest, hinc eiusdem rationalitas. §. LX.

Hoc sicuti in genere de omnibus officiis, quae homini Christiano incumbunt, adfirmare licet, ita etiam de hoc valet in specie. Omne enim officium determinatur per motiu. Ergo inter actionem ipsam, quae patranda est, et inter motiu est nexus, siue ex principiis mere naturalibus, siue ex reuelatis proficiscantur. Vbi autem nexus ibi moralitas. Quod vero non sic interpretari volumus, ac si distinete et scientifice semper nexum, qui officia et motiu illa determinantia intercedit, possemus monstrare et ante oculos ponere.

§. LXIV.

Absit igitur, ut hoc Fidei imperium absurdum dici queat et absolum, cum vel in ipsis rebus Factis, vbi improbabilia euenerunt, et offici potuerunt, rationis obsequium requiratur; idemque de imperantium iussis et magistratum mandatis valeat. Fieri enim non raro solet; ut nisi plura, totidem tamen, circa factum aliquod adfint rationis momenta, per quae eiusdem veritas magis neganda videatur, quam adstruenda. Quae quantam demum praef se speciem habeant, non tamen merito sufficiunt, ut eiusmodi facta absolute in dubium vocemus, aut omnino accidisse inficias

72

Dissertatio Theologica

ficias eamus, quamdiu probari nondum poterit auctori referenti Fidem non debere, eundemque temere nos celare, mendaciisque typographorum prelis molestum esse voruisse. Quousque enim firma resideret, quam hermeneutici tradunt regulam, de aequitate interpreti exercenda, eo tenus Fide dignus manet in relationibus, donec rationes ad sint in contrarium. Absentibus vero factum aliquod impossibile videri potest, quod praesentes non negassent. Hinc quicumque auctor sufficiente dexteritate instruetus, omnem speciem a se amolitus est, ut quidquam referat, quod veritati non conueniat, Fidem meretur, etiam in illorum factorum, quae ipse oculis suis vidit, relatione, quae improbabilia nobis videntur. Atque hoc ipsum rationis in eiusmodi rebus, obsequium non rationi solum conforme, sed et necessarium est. Eo enim migrato omnis historica Fides tolleretur, et corrueret, si minus prudenter, ob unum alterumque, in quo totius rei cardo non vertitur, momentum, quodque non nisi praesenter obseruare licebat, tota res dubiis subiiceretur. Nimis prolixiores et molesti ne euaderemus timendum est, si exemplis ea, quae disputauimus, illustrare, et hoc modo tempus terere vellemus, quum ex systemate maxime naturali, et in eadem occurrentibus observationibus et experimentis physicis, complures eiusmodi casus, qui huc spectant, sint obuii, quibus rite meditatis, eo minus absurdum aut rationi incongruum Fidei imperium videri poterit, quo certius hinc rationis obedientiam, in rebus etiam facti naturalibus, respectu nullo ad spiritualia habito, postulari sentimus.

§. LXV.

§. LXV.

Pari modo comparatum est, si de rationis captiuatione, circa edicta et mandata superiorum quaeritur. Multa profecto saepius iubentur, et a magistratibus, penes quos summa imperii est, inculcantur, quorum respectus et finis proximus nos omnino latet. At vero eam ob causam, quoniam illorum cum consiliis principum nexum non nouimus, eadem vel negligere vel transire erit licitum? Stat hic, ut aiunt, pro ratione voluntas. Nihilo tamen minus, qui inconsentaneum et absconum hoc diceret, modum profecto transgredeleretur. Quum neque consilii semper, neque officii sit principis, ut cum legibus, quas proposuit, rationem illarum sufficientem connectat, ita subditi titulo parum conuenit, sollicite de eodem scrutari. Videndum est potius, qui legislatori satis fiat, non anxie quaerendum cur maxime leges datae sint, et qua ratione cum nostra, et totius reipublicae, quam interdum aut parum aut nihil augere videntur, salute conspirent. Praesupponitur enim, vel saltem praesupponendum est, magistratum, cui salutis ciuium cura incumbit, nihil quod bono publico aut inimicum aut inconueniens sit, esse concessurum, nedum per edicta imperaturum. Quanta igitur munimenta iis erunt superanda, qui rationis erga Fidem obsequium absurditatis et inconformitatis accusant? Erubescit sane, si eidem in illis locis partes esse offenderint, quibus minime fuerint suscipiati.

§. LXVI.

Rebus sic stantibus non exesse nobis satisfecisse videtur,
K

dentur, qui illud Fidei imperium, ex sola reuerentia, Deo debita deriuare conantur. Saltim hoc modo iis, qui hostili bus armis in religionem inimicum impetum struunt, varia concedunt receptacula, ex quibus rationalitatem illius suffodi posse precario quidem arbitrantur. Fatendum omnino est, obligationem nostram circa rationis obsequium actuan dum, ex hoc fundamento mirum in modum augeri, verum apud eos tamen, qui opinionibus se trahi patiuntur, falsum plerumque residere solet praeiudicium, ac si haec obedientia eam ob caussam esset necessaria, quod alias infirma religionis nostrae, vt loqui consuescant, pars, non satis commode contra rationis insultus possit defendi, adeoque ad Fidei imperium refugiendum, atque vt quid pro quo adfirmetur, ad officia ex reuerentia Deo praefstanta, provocandum. At ne species sophismatum illorum relinquirur, si videmus imperium istud sponte, ac prono alueo, ex ipsa rationis indole sequi, et principiis e medio illius ambitu deductis, posse irreuocabiliter demonstrari. Multa enim nobis per obseruantiam et timorem domini, qui est omnis sapientiae initium, inculcati, qui negauerit, credo fore neminem. Istud vero exinde nondum in genere, saltim non sufficienter patet, vtrum hic vel ille rationis, quam ipsam nobis summum Numen benignissime concessit, vsus, reuerentiae officio sit inconueniens vel non, sed hoc aliunde demum monstrandum est, si illorum audaciae obuiam ire voluerimus, qui impudico ausu, id ipsum eam ob caussam in dubium vocant, quod sic rationis obsequium, coactum semper nec liberum adeoque absurdum sit. Qui vero certissime sibi habet persuasum, in Fide esse caussam sufficien tem, qui ratio in diuinis adhiberi possit, et debeat, ille demum

demum ope reuerentiae , qua erga Deum se flagrare debe-
re sentit , facilius officio huic satisfacere potest , quam qui
huius imperii optime conscient , tollere id quidem nequit ,
eiusdem ramen ob veri erga Deum amoris et obseruantiae
defectum immemor est . Patet tandem quantum illi a ve-
ro aberrent , qui imperium Fidei in rationem , per reueren-
tiā Deo habendam , explicant .

§. LXVII.

Facilius interim hi excusari poterunt , quam quibus
in mentem venit , hoc Fidei imperium per habitum quem-
dam infusum , viribusque nostris non congruum absolui .
Omnia enim , quae de huiuscemodi habitibus proferri solent ,
sicuti in genere sine vltiori confirmatione et sufficiente
fundamento adsumuntur , ita et hic praesertim languescens
auctorum ingenium praedicant . Habitū enim cum nul-
lo alio modo , nisi per saepius repetitum exercitium com-
paretur , absurditatē olet ille , qui hoc modo non est ad-
quisitus , qualis cum sit , qui infusus est et viribus nostris
non conuenit , sponte elucer eundem esse absurdum . Hinc
fieri ex hoc arguento nequit , vt Fidei imperium consti-
tuat , vt pote quod ipsae rationi conuenientissimum est . Ve-
rum cum nihil vnuquam fuerit tam absurdum , quod non
a quodam fuerit defensum , sic et non defuere , qui hunc
errorem contra quem disputauimus , propugnauerint . Per-
multos sane illius affectas in illorum caterua numerare li-
cet , qui sub Fanaticorum nomine innotescere solent . Paul-
isper tantum Lector Theosophorum litteras perlustraret , et
abundantia huius erroris deprehendet vestigia , si ad hunc
locum infallibilibus suis commentationibus perueniunt . Nunc

K 2

nemi-

neminem, nisi qui ad similem quam sibi inflatam gratulan-
tur cognitionem, adscenderit, rationem sub Fidem posse
ducere captiuam, adfirmant; nunc plane negant, rationis
objectiones, contra salutaria quaedam dogmata, ex ratio-
nis principiis posse refutari, aut conuelli, nisi superna-
turale adiumentum, quod mille nominibus adficiunt, adcesser-
it; et quae restant adhuc densissimarum tenebrarum te-
stimonia: cum tamen luculentissime ex praemissis edoceri
possit, rationis obsequium non solum ex propriis eiusdem
argumentis determinari, verum etiam, nisi omnia, pluri-
ma tamen dubia, quae ratio Fidei et reuelationi solet op-
ponere ex eadem posse resolui. Neque vero hoc modo
supernaturalibus, quarum in regeneratione reddimur par-
ticipes, viribus, virtus denegatur debita. Hoc enim firmum
manet, illum qui salutariter, de veritatisbus, quae de
vnione nostra cum Deo instituenda prodita sunt, con-
victus est, completius & adaequatus huic muneri pos-
se satagere; Quamuis ille, qui Logice tantum doctrina-
nas hasce tractat, etiam illius officii & memor esse pos-
sit & debeat, licet non eadem ratione & modo, quod
tamen supra nominati adversarii cupiunt ire inficias.

§. LXVIII.

Imperium Fidei in rationem, quod ex rationis
principiis sufficienter & adaequate, ut officium circa
divina obseruandum, determinari monstrauimus, intellectus
perfectioni mirum in modum cumulum addit. Augetur
eodem perfectio illius tam extensua, quam intensua.
Plurium enim instruitur doctrinarum cognitione, quam
ipsi

ipſi e nexo naturali innotescebant. Difficultates & incomoda, quae variorum dogmatum consensum & convenientiam reddebat difficilem, radicitus euertuntur, & dissipantur, praestantissimisque motivis accingit, quibus non vulgare competit, circa actiones, quae salutem nostram tendunt aeternam, robur. In omnibus calamitatibus & fortuna aduersa bene nos sperare iubet, & optima nobis a Numinis celsissimi bonitate augurari. Sunt hae perfectiones, ex rationis erga Fidem obsequio intellectui nostro oriundae, eius generis, ut negari nequeat, pertinere ad officia illius, iisdem potiri. §. XXXV. Negligunt itaque & parum adcurate hisce officiis morem gerunt, qui insapienter iisdem sese refragarios profitentur; qui vel explicite illius necessitatem audent reddere dubiam; vel occulte id agunt, ut illud in absurditatis suspicionem redigant, varias adhibentes infidias, quibus fini perperam proposito possint facere satis. Admonendi interim potius videntur, ne quod infensissimo conatu aggrediuntur, serius pro insuperabili habeant, ita ut ipsos consilii male initi poeniteat; quam refutandi. Siquidem quod aduersarios se Fidei testantur imperio, non acuminis sed voluntatis defectibus adnumerandum est.

§. LXIX.

Imperium Fidei in rationem rationale, iustum et licitum rationis in diuinis usum determinat. §. XXXVIII-XLIX. Hinc operae pretium est, de adcurata et definita illius explicatione fuisse curiosos. Vberimum sane tra-

K 3

Etatio

Statio illius fructum habet, non solum in doctrinis, quae supra cognitionem nostram positae sunt; §. XXXIX-XLII. verum etiam in actionibus subeundis, XLIV-XLVIII. atque contra immatura rationis circa futura Sophismata nos praemunit. §. XLIX. LI. Multa inde problemata resoluuntur, et resolui possunt, quorum autem sigillatim mentionem, eam ob caussam praeterire debemus, ne circa modum extendantur et protrahantur scripti consueti limites. Quemadmodum vero abusus usum rectum non tollit; ita iustae causae illud neutiquam adscribendum est, si aliorum proterua sinistre Fidei imperium usurpat, sub eiusque titulo futilia nobis et inepta veneunt Sophismata, quae specie quadam Fidei imperium simulante indui solent. Quorum impudicitia, cum iamiam debitas poenas luerit, §. LV. hic eam, eo lubentius praeteriuimus, quo minus apud prudentes inuepiet ingressum. Satis nobis sit monuisse, ne quod ab aliorum vitio procedit, id Fidei imperio, quod rationi congruum esse probauimus, inconsulto adscribatur.

§. LXX.

Quam inconueniens denique illorum veritati sit opinio, qui deficientibus atque exhaustis viribus naturalibus, nihil amplius posse effici strenue contendunt, illud ipsum ex praegressis, exiguo studio poterit explicari. Ratione obiectuac optime est consentaneum, ut subiectuac in multarum rerum ignoracione versetur. Quam multa enim sunt, quae nescimus. §. XIII. XV. Hinc nec ullo iure illud falsitatis aduersari poterit, posse nos per Fidem multis de rebus

bus fieri certiores, de quarum veritate aut falsitate, ratio sibi
relicta disceptare et iudicium discretuum ferre nequit. Hinc
in iis casibus, vbi per Fidei et rationis naturam eiusdem ad-
plicationi figurantur termini, Fides tamen quaedam nobis
poterit representare, quae rationis ambitu frustra inda-
gamur. Testes nobis ipsa dogmata reuelationem diuinam
strictè sumtam constituentia, sunt. Quis demum ex ra-
tionis principiis indubium redderet, circa salutis nostrae
fempiternaæ procurationem, Deum occupari Trium, nisi
Fides huius imperii fecisset mentionem? Sic in reliquis
quoque doctrinis, quae limitatam rationis constitutionem
superant, vltioremque illius progressum repudiant. Ve-
rum enim vero cum tamen non omni omnino harum veri-
tatum supernaturalium cognitione, quanta demum sit, simus
destituti, quam rationi nullo pacto cognitam, solius Fi-
dei manifestationi ferimus acceptam: Illud irrevocabili te-
nore pater, disconuenientem esse eorum cum Fidei impe-
rio rationali sententiam, qui viribus naturalibus exhaustis ul-
teriore dari de salutaribus dogmatibus notitiam, negare
apud se constituant.

§. LXXI.

Tentauimus sic quid humeri valuerint. Non usque
eo virium nostrarum tenuitatis sumus ignari, vt ea a no-
bis praestita esse iactitemus, quae de hoc arguento ab
aliis praestari potuissent. Lubentissime concedimus alio-
rum, in huius imperii linitiori tractatione vires, nostras
e longinquò antecellere. Hoc ipsum enim priusquam ma-
nus operi admoueremus, erat persuasum. Neque tan-
dem

dem id laboribus nostris vlla ratione intendimus , vt doctis accenserentur artificis. Declaramus sane , numquam nos tantum esse philautiae concessuros robur , vt ad illorum inemendabilem pares nos ostentemus explicationem , ad quam subeundam nos sentimus ineptissimos. Nihil amplius nobis erit in votis , quam vt lectorum benivolentia , ea , quae nec erudite nec intemeratae , a nobis disceptata sunt , aequi bonique habeant , atque vt ex veri vera cupiditate profecta , interpretentur. Quod si ab illorum modestia erimus consequuti , omnium nos vtorum profitebimur compotes , et operae nostrae imponemus

F I N E M.



AESTVMATISSIMO
RESPONDENTI
S. P. D.
PRAESES.

Quo longior et copiosor evasit disputatio TVA, eo breviores a me habebis litteras, licet vel longissimae vix sufficienter, si ea omnia scribere vellem, quorum mibi et de argomento, quod disputas, et de TEMet ipso, et de parente TVO, insigniter de me merito, cum maxime in mentem venit. Vtar igitur delectu, eaque duntaxat contraham, de quibus TE publice certiorem fieri, TVA aeque ac mea aliorumque interest videtur. Argumentum disputacionis TVAE dudum existimau temporibus nostris apprime conuenire, editoque a me indici doctrinarum commode et utiliter disputandarum inserui. Neque fuit, cur optioni a TE factae, in designanda TIBI scriptio publicae mitteria, refragarer: cuius me necdum poenituit. Ita enim solus elaborasti, in grauissima bac doctrinna circumspete explicanda, sollicite efficienda, atque ab aduersariorum impugnationibus vindicanda, ut mibi certe industriam, dexteritatem, factosque in rerum sacrarum fideique pariter ac rationis intelligentia progressus approbaueris. Quam ob rem scriptum TVVM tirocinio publice ponendo dandoque profectuum documento destinatum, neque lituris, neque retractationibus, neque accessionibus, quidquam immutandum esse putau, quamuis non defuerint, in quibus aliter saltem rationes subducturus fuissent, si TE ita iuuare voluissent, ut in societatem scriptio nis ingredier, atque vel aliquam laboris TVI partem meam facerem. Multo minus hic supplementorum ad locupletandam dissertationem TVAM non ineptorum censem agam, ne tempus spatiumque illis praeripiam,

L

quae

quae de TE meaque in TE voluntate commemoranda restant amplissima. Licet enim omnes, qui me audiunt, obseruare, iuuare et ornare, pro diuersa neocessitudinis et opportunitatis ratione debeam, tisque professe studeam, illis tamen praecipuas amoris, studii opera eque partes tribuendas esse duco, quos in fidem meam recepi et familiaritatem, in quam vel ipsimet sua in me obseruantia concefferunt, vel ab aliis traditi sunt, quibus priuato aut publico nomine debeo. In quibus singulariter plane locum TIBI vindicat, et TVA diligenter culta, et maxime reverendi parentis in primis amicitia, quem domi olim praeceptorem habui, cuique cum prima elegantiorum litterarum, quibus puerilis aetas imbuiri potest, fundamenta, tum omnem fere proficiendi ardorem, et voluptatis ex litteris capienda sensum et conscientiam, et veri rectique cupiditatem, et innumera beneficia ingenii animique a prima aetate sollicite formati accepta refero. Quam ob rem non mediocriter lactor opportunitate, in TE formando TVISque bonarum artium et sanctoris in primis doctrinae studiis perficiendis, si non parem gratiam referendi, testificandi saltem approbandique venerando parenti TVO, animum nec ingratum, nec pristinæ confuetudinis immemorem. Cui et meo TVO que nomine publico gratias ago, quod TE quartum annum hic suis sumptibus aluit, nihilque illorum desiderari passus est, quibus profectus TVI accelerari, prouerbique potuerunt: et vere atque ex animo gratulor redditum TVVM non sine publico specimine dexteritatis atque doctrinae, ipsamque spem, quam de TE fecisti eximiam. TE vero nec operose laudabo, nec anxie commendabo, quod vtrumque ipsa re rectius et felicius prestabas. Breuiter tamen temporis a TE locati rationes reddam. Praeter operam scholis meis dogmaticis, hermeneuticis, Theolog. moralis, antitheticis, atque exercitiis disputandi datam, ex ordine Theologico venerandorum collegarum MICHAELIS, KNAPPII et B. CLAVSWITZII auditionibus exegeticis, historiae et philologiae sacrae, atque homileticis interfueristi, ex reliquis vero doctotoribus perillustrem L. B. de WOLFF atque celeberrimorum, LANGIVM, STIEBRITZIVM, MEIERVM, KRÜGERVM et JOACHIMVM, per singulas Philosophiae et Matheos partes, philologiam

logiam et historiam tam naturalem, quam ciuilem, praeceptores habuisti. Hoc te unum nunc rogo maiorem in modum. Si me amas, atque a me amari cupis, si TVA studia et officia vis mibi gratiora efficerem, quamquam sunt gratissima, hoc mihi da atque largire, ut omnem bunc litterarum doctrinarumque adparatum, praefabilesque dores diuinatus in TE cumulatas, per omnem vitam reliquam, uni Deo vindices, commodes et consecres, ipsique soli doctrinae, quam disputas, obseruatissime viuas et inservias. Ita TIBI, Parenti TVO venerabili, TVIS omnibus, et mibi viues feliciter. Dedi Halae ad Salam, in Academia Fridericiana d. XXVIII. Ian. MDCLII.

Gerhebt euch nur ihr stolzen Höhen,
Und last der Schlüsse Stärke sehn,
Damit ihr Christi Reich bekriegt.

O Eure Festung ist zerstört,
Da ihr Euch wieder GOTT empöret,
Hier Schwerdt des HERRN und dieses siegt.

Der Sieg ist da weil tapfre Männer,
Und warer Wissenschaften Kenner,
Die Schwäche Menschlicher Vernunft,
Selbst mit vernünftgen Gründen zeigen,
Hier muß die Unvernunft wol schweigen.
Nur spottet sie bei ihrer Zunft.

Seinem hochgeertesten Herrn Schwager, als Verteidiger und Befreiter einer Abhandlung, von der Gefangenennung der Vernunft, unter dem Gehorsam des Gläubens, wünschet über die Thürheiten des verkerten Vernunft, einen Sieg nach dem andern, nebst allein Wolgerufenen

Dessen ergebenster Freund und Dienst
J. G. Degner,
Prediger zu Danckeroode.

L 2

MON.

MONSIEUR

Je ferois indigne de l'amitié , que Vous me faites l'honneur d'avoir pour moi , si je laissois échaper l'occasion qui se présente de Vous assurer , de la vive estime dont je suis pénétré pour Vous . Je ne manquerai pas de mettre tout en oeuvre pour conserver l'affection d'une personne dont le mérite & les qualités du coeur , me font parfaitement connues . L'aplaudissement général que Vous ne pouvez manquer de Vous concilier , en donnant des preuves publiques de Votre capacité , m'engagent encore à cultiver plus soigneusement Votre amitié . Je souhaite du plus profond de mon coeur , que Vous receviez un iour la digne récompense de Votre assiduité , & que notre patrie reconnoisse , de quoi Vous etes capable . Assurez Vous , Monsieur que Vous ne pouvez , que Vous captiver la considération de toutes les personnes , capables de gouter & d'apprécier la solide érudition . Comme je Vous crois persuadé de la sincérité de mes sentimens , je me borne à Vous protester que je me ferai toujours un devoir d'être

Halberst. ce 2. Fevr.

1752.

Votre tres humble serviteur

J. J. A. HECHT.

MONSIEUR

Trop éloigné , pour Vous faire en personne mes très-humblles felicitations à l'heureuse fin , que Vous allez mettre à Vos études , j'ai voulû m'acquitter de

de mon devoir en Vous assûrant par ces lignes de la part
que j'y prens. Voila la maniere la plus glorieuse, & digne
d'une personne de merite, de faire voir publiquement la va-
leur de ses études, aprez en avoir surmonté les difficultés.
C'est par la, cher Ami, que je profiterai de cette occasion,
pour Vous donner connoître la considération, que j'ai pour
Vous, & les obligations, que j'ai crû devoir à notre amitié.
Non content de Vous être frayé par votre assiduité
le chemin à la felicité, & à une gloire stable, Vous en vou-
lez convaincre le public, & en avoir l'applaudissement. Je
ne me m'hazarderai pas d'y joindre d'avantage aux recom-
penses, que le bonheur à destiné à Vos vertus, & je ne dou-
te nullement, qu'elles ne surpassent de beaucoup mes espe-
rances. Il ne me reste donc plus rien, que de Vous de-
mander, la conservation de votre souvenir agréable, & la
continuation de cette amitié franche, dont Vous m'n avez
mis un fondement inébranlable, & qui me portera toujours
à demeurer avec le plus grand attachement du monde,

MONSIEUR

à Berlin ce 20. Januar.

1752.

Votre très humble & très obéissant Vallet

TROSCHEL,

Candid. en Droit.

SIGNORE,

Già che la Legge della Ragione mi prescrive di parteci-
par le perfezioni degli amici, già che tutti yan-
no congratulando, come potess' io ancor passar quest'

ufficio senza dimostrar mie acclamazioni. Conosco l'amici-
zia che m'è sempre gradevole. Conosco l'erudizione acqui-
stata nella Theologia ugualmente ch'in altre scienze non
meno vtili. Lode veramente singolare, che separa V. S. de
la folla degli pedanti ! Et per testimoniarlo non fò altro
testimonio più sufficiente di questo Publicho della di lui dor-
trina. Non aggiungendo altre attestazioni della mia offer-
vanza sono

di V SIGNORIA

Hala le 5. Febr.

1752.

Deditissimo e obligatissimo Servitore
GIOV. CH. DREYSIG,
Stud. delle Leggi.

PRAENOBIILLISSIMO AC DOCTISSIMO
R E S P O N D E N T I

AMICORVM EXOPTATISSIMO

S. P. D.

SAMVEL GOTTLIEB OLEARIVS

O P P O N E N S.

Quod si ingenium praestans , ac studio indefesso perfectam
eruditioinem TVAM consequutam duntaxat cognoscere fin-
ceritas vero rarissima nec non animo TVO iufita modestia
praeclarissima, quibus omnia TVA coronare studes negotia, me fugeret :
Quid ? quod si amicitia quam virtutis ac Sapientiae Studium Paedago-
gio iam Bergensi nobis peperit , quibusque eadem usque adhuc in Aca-
demia Fridericiana non solum conseruata , sed quotidiano etiam con-
tubernio , quo domo VIRI S. REVERENDI PRAESIDIS
EXCELLENTISSIMI vti nobis licet valde corroborata est. Si haec
animum meum dico incertum , an desiderio TVO benigno responderem
non

non tenerent ac inclinarent, munus aduersarii reapse graue contra vero dissertationem solide ac paeclare elaboratam TVAM grauissimam me subnegaturum fuisse credo. Licet quidem materia dissertationis TVA praestantissima facultate ac copia TVA maxime digna, me in negotiis tam gravissimis destitutum reddere velit, quo minus contra eius modi in eruditione versatissimum, et in pugna valde exercitatum, et paratissimo quidem, grauissimo ac Praesidio Excellentissimo munitum, telis meis infirmis pugnare coner. Amicitia vero quae usque adhuc inter nos floruit, his omnibus superior est, eadem vult ut desiderio TWO satisfaciam, et spartam a TE mihi mandatam suscipiam, aduersarium nimurum simulem. Morem gerere, contraque TE Amicum Aestu- matissimum, quem vietorem iam praeuideo, eiusmodi quem debo age- re volo. Gratulor Vir Doctissime, non solum specimen eruditionis TVAE praeclarissimum, verum etiam commoda, quae et ex hoc et aliis ingenii ac eruditionis examinibus certissime sunt profectura. Gratulor Familiam TVAM grauissimam atque honoratissimam. Faxit DEVS, ut in posterum saepissime vota sua, ut iamian in TE impleta videant, faxit DEVS ut studii nec non sinceritatis proenia TVAE rarissimae, ad tempora serotina TECum frui possint. DEVS omnipotens ut, Dux et Comes TVVS maneat, et ad Parentes Aestu- matissimos TE tam exspectantes integrum ducere, eodemque omni TECum Salute coronare velit, sincere opto. TE vero amice integre rogo, ut absens etiam amicitia TVA dignum habere velis, quem ad omnia veri amici officia paratissimam videre TE licebit. Vale fauegne dedi Halae Sal. Mens. Jan. MDCLII.

Seisheit gabst Du Dich zum Eigenthume,
Freund, drum lohnt sie Dich mit edlem Ruhme
Und führt lächelnd Dich in ihrem Tempel,
Schönes Exempel,

Das

Das den Jüngling, der die Weisheit ehret,
Ihrem Dienst sich ganz zu weihen lehret,
Will er gleiches Glück mit Dir durch Wissen
Von ihr genießen.

Wird dabei das Feuer seiner Jugend
Durch die Macht nie gnug gepriesner Tugend,
Die aus seinen muntern Thaten blizet,
Stärker erhizet:

Denn sieht er mit heiterem Gemüthe
Einst auf seiner Jugend prächtge Blüthe
Bei erworbnen unschätzablen Glücke
Freudig zurücke.

Wie entzücken ihn alsdenn die Stunden
Die im Lebens Frühling schön verschwunden!
Selbst im herben Winter frostiger Tage
Flieht ihn die Plage.

Freund, in welch ein zärtliches Vergnügen
Muß mich Deine weise Tugend wiegen!
Und in Dir den wahren Freund zu ehren,
Muß es vermehren.

Warum soll ich Dir Dein Lob verschweigen?
Ruhm zum Lohn ist stets der Weisheit eigen.
Schon seh ich von gütigem Geschick
Freudig Dein Glücke.

Deine Freundschaft, Edler Haltemeier,
Ist mir so wie Deine Tugend theuer,
Drum vergönn mir Dich mit zarten Erieben
Ewig zu lieben.

J. A. Schüler,

D. G. B.

O P P O N E N S.

Ib 2639

(x2258286)

ULB Halle
004 733 86X

3





DISSE¹⁶RAT¹⁵O THEOLOGICA
DE
CAPTIVANDA RATIONE
SVB FIDEM, SEV DE IMPERIO
FIDEI IN RATIONEM, RATIO-
NI CONGRVENTE.

QVAM
S V B P R A E S I D I O,
*VIRI SVMME VENERABILIS, EXCELLENTISSIMI,
DOCTISSIMI AMPLISSIMI*

SIGISMVNDI IACOBI BAVMGARTEN
S. S. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE PROF. PVBL. ORDIN.
SEMINARI¹⁴ THEOL. DIRECTORIS, MENSARVM REGIARVM EPHORI
ET ACAD. SCIENT. REG. BEROLIN. MEMBRI,
PRAECEPTORIS PATRONI ET FAVTORIS
AD CINERES VSQVE SVMMO PIETATIS ADFECTV
DEVENERANDI

D. JANVAR. A. R. S. CL¹⁵CCCLII.
H. L. Q. C.
TVEBITVR

AVCTOR RESPONDENS
SAMVEL CHRISTOPHORVS HALTMEIER,
GROENING-HALBERSTADIENSIS, S. S. THEOL. C.

HALAE MAGDEBURGICAE,
TYPIS JOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI, ACAD. TYPOOR.